[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

PARTICULÆ TURSELLINI.

PARTICULÆ
LATINÆ ORATIONIS
A B
HORATIO TURSELLINO
COLLECTÆ,

Nunc vero ex aliis Scriptoribus, de quibus in Præfatione, purgatæ, & auctæ, & ad usum

SEMINARII PATAVINI

Accommodatæ.

PATAVII, M.DCCLXV.

Ex Typographia Seminarii.

SUPERIORUM PERMISSU.

JACOBUS FACCIOLATUS
IN SEMIN. PATAV.
Stud. Præfectus.

NON debet sane hujus libelli gloria, quæcunque sit, Horatio Tursellino denegari, multis licet annis post Godescalcum Stevvechium in arenam prodierit. Ita enim ille pro sua latinæ linguæ peritia Stevvechii lucubrationem castigavit & auxit, ut unus famam omnem, scholasque universas citissime occupaverit. Quia porro in hac acie non tam gloriosum est palmam ferre, quam eripere; rursus litteratissimi Germaniæ viri Jacobus Thomasius, & Conradus Schvvartius tantam huc diligentiam, industriamque contulerunt, ut nihil supra fieri posse videretur. Sed isti quidem, nisi fallor, sibi potius, suique similibus consuluerunt, quam primæ illi ætati, cujus gratia scripsit Tursellinus. Obliti enim epigraphen illam, *De vi atque usu eleganti, &c.* omnia pro-

miſcue ex toto Latio collegerunt, magnumque volumen, non ex Cicerone ſolum, & ejus æqualibus, ſed ex omni Scriptorum turba veluti Lexicon aliquod concinnarunt. Si copiam quærimus, nihil eſt aptius; ſi delectum, vereor ne non ſatis ad ſtilum formandum juventuti proviſum ſit. Solet enim fere ætas illa pejora imitari, quod, opinor, Turſellinum movit, ut ex omni particularum copia optimas excerperet, pauciſque pagellis clauſas pueris ad diſcendum proponeret. Itaque non tam multa Stevvechio addidit, quam detraxit; nec ſolum minus elegantia, ſed etiam vulgata rejecit, ne voluminis magnitudine puerorum memoriam ſine utilitate fatigaret. Quid quæris? Alius alio ſpectavit. Itaque donec ſe provinciæ ſuæ finibus Germanorum induſtria continuit, nihil ego laboravi: ut vero exiit, & in hanc Urbem, atque adeo in ſcholas noſtras penetravit, ſtatim curare cepi, nequid a nobis inſtituta latini ſermonis ratio detrimenti caperet. Primum igitur Turſellini opus excuſſi, ut ſiquid humana infirmitate peccatum eſſet, abjicerem; in quo Germanis ipſis plurimum debeo, qui

multa

multa notarunt, & vero etiam ante nos abjecissent, nisi magna quædam modestia, vel minuendi voluminis timor obstitisset: Deinde a Stevvechio, & ab iis ipsis non pauca deprompsi, quæ optima cum sint, Tursellini tamen diligentiam effugerant: Tum quædam de meo addidi, quæ jamdiu ex optimorum Scriptorum lectione collegeram, & in privatum usum reposueram. Hac porro in parte valde timui, ne modum excederem, & amore quodam rerum mearum ea producerem, quæ in aliis minime probo. Multa equidem in adversariis habeo, quæ particularum nomine censeri possunt, non modo ex ferrea, & argentea, sed ex aurea quoque latinorum Scriptorum ætate deprompta; verum, ut ante dixi, non debet esse omnibus locus. Quod si tamen singularia quædam invenies, caussam item invenies, cur sint a nobis allata, hoc est modo ut ipsius Tursellini, modo ut Germanorum, modo ut communem Grammaticorum opinionem evelleremus, qui raros quosdam particularum usus tanquam barbaros, minimeque latinos condemnarunt. Ceterum ubique monuimus adolescentes, quæ ad scien-

tiam, quæque ad imitationem trade-remus, ut mature intelligerent, plurima dici posse, sed pauca debere. Hæc quidam cum legerent nondum edita, magnopere suadebant, ut nostra ab aliis distingueremus; sed lucubrationes hujusmodi, quæ nisi longo tempore, multorumque observationibus perfici nequeunt, cumque perfectæ fuerint, vix e puerorum manibus unquam exeunt, tantam hanc diligentiam, quasique superstitionem non requirunt. Itaque ne Tursellinus quidem Stevvechiana distinxit, & Germani ipsi in hac parte ceteroquin diligentissimi, de Stevvechio siluerunt. Quod autem tam religiose Tursellini verba servarunt omnia, ut ne notissimos quidem errores sustulerint; quod sua Thomasius; quod sua Schvvartius peculiari signo notarunt, nec probare possum, nec improbare ausim: tantum dico, id perinde esse, ac si qui Calepini Lexicon toties castigarunt, & auxerunt, primas illas adumbrationes diligentissime servassent, tum ceterorum additiones distinxissent, denique singulis vocibus, atque adeo singulis vocum significationibus eorum nomina adnotassent, a quibus primum repertæ sunt, & in penum

illud

illud commune vario tempore illatæ. Nimia sane diligentia, & in re tam minuta studiosis viris incommoda. Sed cur, inquies, tam multas *Admonitiones*, ad ea præsertim, quæ tutius omitti poterant? Scilicet ut pueri nostri, quæ sunt in Collectione Germanica paucis haberent, nec tamen omnia promiscue tanquam optima usurparent: qua in re te monitum volo, multa etiam a nobis omissa, quod bona essent illa quidem, sed nullius pene usus viderentur. Quid enim erat, exempli caussa, quod particulam *Cum* simul adhiberi cum *Cur* doceremus ex Cic. Acad. IV. *Cum sit campus, in quo possit exultare oratio; cur eam in tantas angustias compellimus?* vel cum *Quoque* ex II. de nat. Deor. *Cum Solis ignis similis eorum ignium sit, qui sunt in corporibus animantium; solem quoque animantem esse oportet*: vel cum *Quanto* ex II. Acad. *Cum Sacerdotes Deorum vacationem habeant; quanto est æquius habere ipsos Deos?* vel cum *Paulisper* ex Liv. lib. VIII. *Cum laudibus debitis persecutus tam memorabilem mortem esse; paulisper addubitavit &c.* vel denique cum *Enimvero* ex eod. lib. I. *Cum gladii abditi ex omnibus locis protraherentur;*

enimvero manifesta res visa. Quæcunque in eo libro ejusmodi sunt, præsertim cap. 45. 62. 124. 131. 209. tempus & operam magis necessariis auferre possunt. Sed jam nimis multa. Quod superest, grates agimus Germanis & habemus, qui multa nobis sane optima suppeditarunt; eoque majores agimus & habemus, quod abundare benefaciendo maluerunt. Schvvartium vero maxime, in cujus præfatione imago quædam æquissimi viri, & ad omnem elegantiam exculti satis apparet, oro obtestorque, ut rem totam æqui bonique faciat. Ipsa enim nos erudiendæ juventutis necessitas invitos cogit ab eorum judicio aliquando discedere, qui ingenio quidem & doctrina plurimum valent, sed minuta quædam in magna litterarum luce videre non possunt. Novi singulare hominis acumen, industriam, eruditionem; quodque ait, *se plus laboris exantlasse in hoc libro limando & augendo, quam Auctorem in conficiendo*, non gravate concedo: veruntamen, ut opinor, Schola pauciora postulat. Si ad eum nostra aliquando pervenerint, quin eadem lege agat, non recusamus.

HOE

HORATIUS
TURSELLINUS
E SOCIETATE JESU
Lectori.

EN tibi, Lector, Opusculum de ratione colligandi, connectendique inter se membra, & quasi artus orationis; parva quidem res in specie, & exilis, sed ad usum magna, ac plane necessaria. Nisi vero obscurum est, quantum momenti habeant in corpore ad motum, usumque membrorum molles ossium commissuræ, nervi, ceteraque, quibus artus omnes apti, connexique inter sese continentur: Quippe sine his conjunctionibus, & quasi vinculis, non secus atque humanum corpus sine nervis, dissoluta, minimeque inter se apta, & cohærens languet oratio. Itaque non immerito fortasse Caligula ille Cæsar hoc nomine Senecam irrisit, quod ejus scripta arenam sine calce esse diceret. Neque vero exilitas, ac tenuitas rerum, quæ

in hoc libello tractantur, ab eo abalienare te debet. Quis enim ignorat, gemmas, quamvis specie exiguas, pretio, & aestimatione ingentes haberi? Nimirum & minutis rebus genere eximiis, dignitate praestantibus, usu necessariis sua laus, suum decus, suum pretium est. Ut quod elegantissimus Poeta apum solertiam explicare aggrediens de carmine suo vere dixit, id verius fortasse de hoc studio solerter colligandae orationis dici queat:

In tenui labor: at tenuis non gloria.

Quamobrem, si propositam habes veterem eloquentiae laudem; incumbe in hanc curam, ut partes omnes orationis aptae inter se, nexaeque cohaereant; mollesque commissuras, tanquam artus habeant. His enim scite solerterque descriptis, tum demum Eloquentiae succus, sanguis, color, & quasi robur accedet.

DE

DE VI, ATQUE USU ELEGANTI PARTICULARUM LATINÆ ORATIONIS

CAPUT I.

De Præpositione A, vel Ab.

A, & *Ab*, verbis activis, & neutris juncta significat causam per quam.

1. A Vel *Ab* verbis activis, aut neutris juncta interdum significat causam, per quam res efficitur. Cic. l.1.Acad. c.7. Nihil enim valentius est; *a quo* intereat: *Per cui potere perisca.* Ovid. Met. 13. v.471. Occidit *a forti* (sic Dii voluistis) *Achille*.

A, vel *Ab*, Causa propter quam.

2 Nonnunquam causam designat, propter quam res est. Cic. Acad. 4. c. 33. Mare, quia nunc collucet a *Sole*, albescit; idest propter Solem. Plin. l.24. c. 5. Si caput *a Sole* doleat.

A, vel *Ab*, Locus, aut Persona, unde.

3 Sæpe locum, aut personam significat, unde aliquid sumitur. Cic. Ver. 5. c. 76. Pe-

Pecuniam numerari *ab ærario*. *Del Pubblico*. Id. Agr. 2. c. 13. Sumptum ſuppeditat *a ſociis*. *Di quel de' compagni*. Id. pro Planc. 42. Sinite me id *a vobis* ei perſolvere. *Del voſtro*.

A vel *Ab* pro *Pro*.

4 Alias declarat *Pro*. Cic. de Orat. 1. 13. Vide ne hoc totum Scævola ſit *a me*; ideſt pro me. *Faccia per me*. Id. in Brut. 79. Ut nemo contra civium perditorum popularem, turbulentamque dementiam *a Senatu*, & a bonorum *cauſa* ſteterit. *Abbia tenuto dalla banda del Senato*.

A, vel *Ab* pro *Poſt*.

5 Nonnunquam idem eſt, quod *Poſt*. Cic. pro Mil. 35. Centeſima lux eſt hæc *ab interitu* P. Clodii. Id. 3. Or. 2. Qui annus ei primus *ab* honorum *perfunctione*, omnium conceſſu, aditum ad ſummam auctoritatem decebat. Id. de Sen. 9. Cujus *a morte* hic tertius, & trigeſimus eſt annus.

A & *Ab* Nominibus copulata, Cauſa unde res eſt.

6 *A* & *Ab* Nominibus copulata interdum declarant cauſam efficientem, unde res eſt. Cic. pro Mur. 30. Noſtri illi *a Platone*, & *Ariſtotile* moderati homines, & temperati ajunt apud ſapientem valere aliquando gratiam; Ideſt ex diſciplina Platonis. Liv. lib. 6. 5. Criminabantur multo eum infeſtiorem agrum *a Nobilitate* eſſe, quam *a Volſcis* fuerit; Id eſt magis infeſtari a Nobilitate, quam a Volſcis.

A vel

A vel *Ab*, *quod attinet ad*.

7 Sæpius significat, *Quod attinet ad*. Cic. ad Att. l. 7. ep. 15. Imparati cum *a militibus*, tum *a pecunia*. Id. in Brut. 43. Nisi qui *a philosophia*, *a jure* civili, *ab historia* esset instructior. Id. ib. 16. Sed ille Græcus *ab omni laude* felicior. Plaut. Curc. sc. 1. Tam *a me* pudica est, quam soror mea. Cic. in Brut. 63. Tum erat *ab Oratoribus* quædam in foro solitudo.

A vel *Ab* pro *Ob*, vel *Propter*.

8 Interdum est *ob*, vel *propter*. Cic. pro Rosc. Am. 30. Vir & contra audaciam fortissimus, & *ab innocentia* clementissimus: idest propter innocentiam. Idem 1. de Leg. 11. Id enim ut suaviter delectans *ab errore* mentis, tanquam salutare aliquid adsciscitur; Idest ob errorem mentis. Liv. l. 30. 36. Legati Carthaginienses aliquanto minore cum misericordia *ab recenti memoria* perfidiæ auditi sunt. Adde l. 2. c. 49. Cur. lib. 5. Vates quoque adhiberi cœpit *a superstitione* animi.

A vel *Ab*, Præpositus alicui muneri.

9 Alias significat eum, qui præst alicui muneri, ut *a studiis*, *ab epistolis*, *a rationibus*. Suet. in Claud. 28. Libertorum præcipue suspexit Posidem, & Harpocram, & super hos Polybium *a studiis*, sed ante hos Narcissum *ab epistolis*, & Pallantem *a rationibus*.

Admonitio.

10 Optimi scriptores hæc, & alia hujusmodi non cum dativo, sed cum genitivo conjungebant. Inscript. apud Grut.

Grut. p. 584. n. 6. Antiochus Tiberii Claudii Cæsaris *a bibliotheca*; Est enim constructio per ellipsim, cui deest *servus*, aut aliquid hujusmodi.

A vel *Ab*, ad tempus præteritum relata.

11 Sæpe ad tempus præteritum refertur, idque multis modis, *A puero*, *a pueris*, *a pueritia*. Cic. 4. Acad. 36. Diodoro quid faciam Stoico, quem *a puero* audivi? Id. Tusc. 1. 24. Nec vero fieri ullo modo posse, ut *a pueris* tot rerum notiones insitas, & quasi consignatas in animis haberemus.

Admonitio.

12 Cum de uno sermo est, *a puero* dicimus, cum de pluribus, *a pueris*.

Ab ineunte ætate, *A prima ætate*.

13 *Ab ineunte ætate*, & *a prima ætate*, idem est, quod *a pueritia*. Cic. pro Leg. Manil. 1. Sed me meæ vitæ rationes *ab ineunte ætate* susceptæ prohibuerunt. Id. 4. ep. 4. *A prima ætate* me omnis ars, & doctrina liberalis, & maxime philosophia delectavit.

Ab adolescentulo, *ab adolescentia*.

14 *Ab adolescentulo*, & *ab adolescentia*, sive *a prima adolescentia*, idem pene est, quod *ab ineunte ætate*. Cic. pro Quint. 3. Nam qui *ab adolescentulo* quæstum sibi instituisset sine impendio. Id. 2. de Fin. 30. Tua erga me, & erga philosophiam voluntas *ab adolescentia* suscepta. Id. 1. ep. 9. Refero me ad mansuetiores Musas, quæ me maxime, sicut *a prima adolescentia*, delectarunt. Ad-

Admonitio.

15 *Ab* non solum insequentibus vocalibus adhibetur, sed etiam aliis litteris, ubi nullus asperior concursus existit, maxime vero liquidis, l, & r; ut, *Ab legione*, *ab Rege*, itemque s, & i consonanti, ut *ab Sylla*, *ab Jove*. Interdum etiam d, & n; ut *ab duce*, *ab nobilitate*. Denique etiam aliis, sed aliquanto rarius.

Abs, ante t, & q.

16 *Abs* cum adhibetur, præponitur literis q, & t. *Abs quovis* homine. Terent. Adelph. 2. 3. Ne *abs te* hanc segreges. Id. in And. 1. 5. & alibi sæpe. Qui putant præponi etiam literis *r*, & *s*, confirmantque ex Livio, & Terentio, non optimos codices consuluerunt.

De Adverbio *Abhinc*.

17 *Abhinc* & ablativo, & accusativo junctum refertur ad tempus præteritum. Cic. 3. Ver. 12. Questor Cn. Papirio Consuli fuisti, *abhinc annis* quatuordecim. Id. pro Corn. Balb. 6. Etenim si Cn. Pompejus *abhinc annos* quingentos fuisset, *cinquecento anni fa*.

Admonitio.

18 Cum tempus futurum significatur, non usurpatur *Abhinc*, sed *Ad*, vel *Post*. Cic. 1. Tusc. 37. Et ego doleam, si *ad decem millia* annorum gentem aliquam Urbe nostra potituram putem? *di qua a dieci milla anni*. Tamen etiam de futuro cum loqueretur, Palladius usurpavit *Abhinc*, sed sine casu, l. 4. c. 13. Latent *abhinc* ætatis notæ.

CAPUT II.

De Præpoſitione ABSQUE.

1 ABſque pro *ſine* non libenter adhibent optimi ſcriptores. Cicero ſemel habet ad Att. l. 1. ep. 16. *Abſque* argumento, ac ſententia. Plautus, ac Terentius aliquanto frequentius uſurpant. Itaque ſatius eſt dicere, *Sine injuria*, quam *Abſque injuria*: *ſine ulla dubitatione*, quam *Abſque dubio*.

CAPUT III.

De Conjunctionibus AC, & ATQUE in principiis.

1 AC, & *Atque* in principiis periodorum dignitatem habent; hoc differunt, quod *Ac* ponitur inſequente quavis conſonante, præter c, & q, tum enim pro *Ac* ponitur *Et*: *Atque* uſurpatur inſequente vocali. Cic. pro Leg. Manil. 13. *Ac primum* quanta innocentia debent eſſe Imperatores. Id. pro Sext. 2. *Atque ego* ſic ſtatuo, Judices, in hac cauſa. Id. pro Leg. Man. 15. *Et quoniam* auctoritas multum in bellis adminiſtrandis valet.

2 Invenitur aliquando *Atque* ante conſonantes. Cic. pro Cœl. c. 19. *Atque ſcitote*, judices, &c. *Ac* vero aliquando ante vocales, ſed raro, nec niſi in media periodo. Sueton. in Aug. c. 19. Tumultus, ac etiam rerum novarum initia. Id. in Cæſ. c. 26. & 55.

CAPUT IV.
De præpositione Ad.

Ad pro *Usque* Ad.

1 AD pro *usque ad*. Cic. Att. lib. 13. ep. 9. Multus sermo *ad multam* diem. Id. de Sen. 7. Sophocles *ad summam* senectutem Tragœdias fecit. Colum. lib. 12. c. 47. Cum *ad fauces* vas impleveris.

2 Huc pertinent illa, *Ad insaniam*, *Ad satietatem*, *Ad impudentiam*, & alia ejusmodi. Cic. 4. Ver. 35. Quæ iste *ad insaniam* concupierat. Id. 1. de Leg. 2. In loquendo multus, & ineptus, *ad summam impudentiam*. Liv. l. 24. c. 38. Incautos *ad satietatem* trucidabitis.

3 Interdum accomodatur ad summam pecuniæ. Cic. Att. l. 5. ep. ult. Assident, subducunt, *ad nummum* convenit. *sino ad un quattrino*.

4 Interdum refertur ad partes, diciturque *ad dimidias*, *ad tertias*, &c. ubi substantivum per ellipsim reticetur. Plin. l. 20. c. 3. Aqua multa in ea decoquitur *ad dimidias*, *fino alla metà*. Colum. l. 12. c. 21. Mustum quam dulcissimum decoquitur *ad tertias*, & decoctum defrutum vocatur.

Dicimus etiam *ad verbum* ediscere, *a parola per parola*. Cic. 4. Acad. 44. *Ad verbum* ediscendus libellus.

Item *ad unum omnes*, *tutti affatto*. Cic. de Amic. 23. De amicitia omnes *ad unum* idem sentiunt.

Ad

Ad pro *Circiter*.

5 Alias est *Circiter*. Cicer. ad Q. Fr. l. 2. ep. 1. Sane frequentes fuimus *ad ducentos* . *infin a ducento*. Id. ad Att. l. 1. ep. 11. Homines *ad quindecim* Curioni assenserunt.

Habet etiam eodem sensu rationem adverbii, nullumque casum regit. Cæsar de B. G. l. 2. c. 33. Occisis *ad* hominum millibus quatuor. Livius l. 35. c. 22. *Ad* mille quingenti ad consules transfugerunt.

Ad *usus*.

6 Aliquando usum significat. Cic. ad Qu. Fr. l. 1. ep. 1. *Ad templum monumentumque* pecuniam decrevere. Id. Verr. 5. 77. *Ad statuam* pecuniam contulerunt. *Per far la statua*.

Ad pro *Apud*.

7 *Ad* pro *Apud*, interdum refertur ad locum. Cic. 4. Ver. 8. *Ad Urbem* cum esset, audivit. *Appresso a Roma*. Idem Att. l. 1. ep. 2. Signa, quæ nobis curasti, ea sunt *ad Cajetam* exposita. A *Gaeta*. Id. pro Cæl. 15. Habet hortos *ad Tiberim*. *Su 'l Tevere*. *Vicino al Tevere*. Alias ad personam. Cic. 2. Ver. 8. Ex his quasi decem fiscos *ad senatorem* illum relictos esse. *In casa di quel Senatore*. Id. in Brut. 20. Cato contra Sergium Galbam *ad populum* magna contentione dixit, *al popolo*. Nonnunquam ad alias res. Cic. 4. Tusc. 2. Ut canerent *ad tibiam* clarorum virorum laudes. Id. 2. de Leg. 24. *Ad cantus*, & *ad tibicinem* prosequi laudes ho-

honoratorum virorum.

Ad pro *Quod attinet* Ad.

8 Sepe Ad usurpatur pro *Quod attinet ad*. Cicer. 3. Verr. 22. Vidi forum, comitiumque adornatum *ad speciem* magnifico ornatu, *ad sensum, cogitationemque* acerbo, & lugubri. Id. pro Sext. 44. Rem quæris præclaram juventuti *ad discendum*, nec mihi difficilem *ad perdocendum*. Id. pro Font. 15. Impiger *ad labores*, fortis *ad pericula*, peritus *ad usum*, & disciplinam, prudens *ad consilia*, felix *ad casum*, fortunamque.

Ad pro *Secundum*. *Conforme*.

9 Ad interdum ponitur pro *Secundum*. Cic. de Am. 5. Non dicam C. Fabritium, M. Curium, T. Coruncanum *ad* istorum *normam* fuisse sapientes. Id. in Or. 8. *Ad arbitrium*, & nutum auditorum totum se fingit, & accommodat. Id. de Am. 25. Omnia *ad voluntatem* loqui, nihil *ad veritatem*. *Parlare conforme al volere altrui*.

Ad pro *Adversus*.

10 Alias pro *Adversus*. Cic. l. 2. ep. 16. Nisi desperatione rerum obduruisset animus *ad dolorem* novum. Id. 1. de Div. 7. Mirari licet, quæ sit animadversa a Medicis herbarum genera, quæ radicum *ad morsus* bestiarum, *ad* oculorum *morbos*, *ad vulnera*. Sed hæc tamen videtur constructio elliptica, in qua vox *sananda* reticetur, hoc est *ad vulnera sananda*.

Ad pro *Præ*.

11 Eleganter etiam Ad pro *Præ* in com-

comparatione usurpatur. Cic. 2. de Or. 6. Sed nihil *ad Persium*. Id. 2. de Leg. 2. Nihil *ad Cælium*; sed potius *ad* antiquorum *linguorem*, & inscitiam. Teren. Eun. 2. 3. Nihil *ad nostram* hanc. *Non ha che fare con la nostra*. *Non vi ha paragone*.

Ad pro *Post*.

12 Alias pro *Post*. Cic. At. l. 12. ep. 45. Nescio quid intersit, utrum nunc veniam, an *ad decem annos*.

Ad diem, & *Ad dictam diem*.

13 *Ad diem* significat præstitutum, tempus. Cicer. pro Rosc. Am. 44. Opinor esse in lege, *quam ad diem* præscriptiones, venditionesque fiant, nimirum *ad Calendas* Junias. Id. 4. Ver. 2. Quando Sicilia frumentum, quod debebat, *ad diem* non dedit. Id. l. 16. ep. 12. Te Musis nostris para, ut operas reddas, nostra *ad diem dictam* fient. *Al tempo determinato*.

Ad summum.

14 *Ad summum*, vel ad tempus, vel ad numerum refertur. Cic. pro Quint. c. 25. Biduo, *ad summum* triduo, *alla più lunga*. Id. pro Mil. 5. Quatuor, *ad summum* quinque sunt inventi, qui, &c. *al più cinque*.

Ad summam.

15 *Ad summam* idem, quod *In summa*. *In somma*. Cic. 1. Off. 41. *Ad summam*, ut agam de singulis communem &c. Horat. l. 1. ep. 1. *Ad summam* sapiens uno minor est Jove.

Ad extremum, *ad postremum*, *ad ultimum*.

Ad 16

16 *Ad extremum*, *ad postremum*, *ad ultimum* pro *Denique* usurpantur. Cic. Att. l. 2. ep. 21. Sed, cum jamdiu occulte suspirasset, postea jam gemere, *ad extremum* vero loqui omnes, & clamare cœperunt. Liv. l. 3. *Ad postremum* adhortatio capessendi belli. Id. l. 1. c. 33. *Ad ultimum* connixus omnibus copiis Ancus acie vicit.

17 *Ad extremum* est etiam aliquando pro *Omnino*. Livius l. 23. c. 2. Improbus homo, sed non *ad extremum* perditus.

18 *Ad ultimum* idem est interdum ac *ad ultimum vitæ tempus*. Liv. l. 45. c. 19. Fidem *ad ultimum* præstitit.

Admonitio.

19 *Ad postremum*, & ad *ultimum* historicis sunt, quam oratoribus aptiora.

CAPUT V.

De Adverbio ADEO.

Adeo in principio pro *In Tantum*.

1 ADeo in principio positum non raro servit Epiphonemati. Cic. l. 1. off. c. 2. *Adeo* summa erat observatio in bello gerendo. Liv. in præf. *Adeo* quanto rerum minus, tanto minus cupiditatis erat.

2 Sæpe usurpatur pro *Vero*, sed secundo loco. Cic. Ver. 6. c. 64. Id adeo ex ipso S. C. cognoscite. Id. Att. l. 9. ep. 19. Hanc *adeo* habeo illi gratiam.

3 Videtur aliquando hæc particula

otio.

otiosa esse, quando inservit transitioni: vel si quid significat, ponitur pro *certe*. Cic. 2. de Orat. c. 4. Magis *adeo* id facilitate, quam alia ulla culpa mea contigit. Virg. Ecl. 9. v. 59. Hinc *adeo* media est nobis via. Id. Georg. 1. v. 24. Tuque *adeo*, quem mox quem sint habitura Deorum Concilia, incertum est. Servius hoc loco putat usurpari pro præcipue, alii redundare.

Atque adeo in medio.

4 *Atque adeo* in medio sæpe pro *imò* ponitur: & servit correctioni. Cicer. pro Cluent. 29. De foro, *atque adeo* de civitate esse sublatum. Id. pro Planc. 19. Posco, *atque adeo* flagito. Id. 1. Cat. 2. Intra mænia, *atque adeo* in Senatu videtis. *Anzi, o per dir meglio.*

Adeo ut. *Adeo non*.

5 *Adeo* sæpe cum *Ut* jungitur. Cic. pro Flac. 20. Neminem quidem *adeo* infatuare potuit, *ut* ei nummum ullum crederet. Id. pro C. Rab. 10. *Adeo* ne hospes hujus urbis, *adeo* ignarus es, *ut* hæc nescias?

6 Interdum cum particula *Non*, pro *Tantum abest*, *ut*. Cur. l. 3. 12. 22. conjugem Darii *adeo* ipse *non* violavit, *ut* summam adhibuerit curam, ne quis captivo corpori illuderet.

Admonitio,

7 *Adeo*, *dum*. *Adeo usque*, *dum*. *Adeo*, *donec*. *Adeo*, *donicum*, & similia, quorum exempla habentur apud Stevvechium & alios, non sunt nisi Comicis, nec sine delectu adhibenda. CA-

CAPUT VI.

De Adverbio ADHUC.

ADhuc ad tempus refertur, tum præsens, tum etiam præteritum. Cicer. 1. Ver. 17. *Est adhuc* non Verres, sed P. Mutius; *fin qui, fin ora*. Id. 2. de Div. 2. *Adhuc* hæc *erant*. Id. l. 6. ep. 14. Tamen *adhuc* non feci. Id. At. l. 7. ep. 12. Vnam *adhuc* a te epiſtolam *acceperam*. Id. l. 7. ep. 25: Me *adhuc* non legiſſe turpe *eſt*.

2 Interdum pro *præterea*, uſurpatur. Cic. de Amic. c. 9. Niſi ſi quid *adhuc* forte vultis. *Alii leg.* Ad hæc. Plin. l. 33. c. 2. Sunt *adhuc* aliquæ non omittendæ in auro differentiæ. Adde Var. l. 3. R. R. c. 3. *Se gid non volete qualche altra coſa*.

Adhuc dum.

3 *Adhuc* cum particula *dum* libenter coit. Cic. Famil. l. 16. ep. 18. Indulge valetudini tuæ; cui quidem tu *adhuc*, *dum* mihi deſervis, ſerviſti non ſatis. Id. ib. ep. 6. *Adhuc*, *dum* mihi nullo loco deeſſe vis, nunquam te confirmare potuiſti.

CAPUT VII.

De Adverbio ADMODUM.

1 ADmodum, dictum quaſi *ad modum*, hoc eſt ad menſuram plenam, & perfectam. Proinde ſignificat *Satis*, aut *Omnino*. Cic. Ver. 6. c. 34. Erat *admodum* amplum, & excelſum ſignum cum ſtola. Id. Att. l. 7. ep. 23. Philotimi lit-

teræ me *admodum* delectarunt. Id. de Amic. c. 1. Pauci *admodum* familiares. *Pochi affatto*.

Admodum nihil.

2 *Admodum nihil*, vel *Nihil admodum*, pro *Nihil omnino*, aut *pene nihil* usurpari solet; quia quod admodum nihil est, pro nihilo habetur. Cic. in Brut. c. 9. Nam plane quidem perfectum Oratorem, & cui *nihil admodum* desit, Demosthenem facile dixeris. Id. ibid. c. 48. Curio literarum *admodum nihil* sciebat. *Si può dir niente, non sapea straccio di Grammatica*.

3 Sæpe refertur ad numerum. Liv. l. 27. c. 30. Philippus multos *admodum* hostium utraque pugna occidit. Id. l. 44. c. 42. Secuti eum sunt *admodum* quingenti Cretenses. *Cinquecento, e non più*.

CAPUT VIII.

De Præpos. ADVERSUS, vel ADVERSUM.

1 ADversus, vel *Adversum*, ex *ad* & *Versus*, idem est, quod *Erga*; Nec solum in malam partem accipitur, sed sæpe etiam in bonam. Cic. l. 1. de Nat. Deor. 41. Pietas est Justitia *adversus Deos*. *Verso gli Dei*. Id. l. 1. Off. 28. Adhibenda est reverentia quædam *adversus homines*.

2 Interdum pro *Contra* usurpatur. Cic. 5. Ver. 84. Pecuniæ conciliatæ *adversum leges*, *adversum Remp*. Id. At. l. 14. ep. 14. Non contendam *adversus te*.

Ad-

Adverſus pro verſus.

2 *Adverſus* item uſurpatur pro *verſus.* Cic. 1. Div. 45. Ara Aio loquenti *adverſus* eum locum conſecrata eſt. Liv. l. 44. c. 10. Ænia *adverſus* Pydnam poſita urbs.

CAPUT IX.

De Adverbio ÆGRE.

1 ÆGre adverbium ab *ægro* ductum ſignificat *iniquo animo, cum dolore, malagevolmente*: Unde trita illa; *Ægre ferre, Ægre pati, Ægre carere aliqua re.* Cic. At. l. 7. epiſt. 2. Tironem ægrum Patris reliqui, adoleſcentem probum, nihil vidi melius: itaque careo *ægre*. Id. pro Leg. Man. 5. Vident unum virum eſſe, in quo ſumma ſint omnia, & eum prope eſſe; quo etiam carent *ægrius*.

2. *Ægre* interdum eſt *difficile*; quia ægri difficile ſe movent. Cic. de Sen. 20. Omnis conglutinatio recens *ægre*, inveterata facile divellitur, Id. 6. Ver. 65. Nihil *ægrius* factum eſt multo labore meo, quam ut manus ab illo appellatore abſtinerentur. *Ebbi da fare, che non gli metteſſero le mani adoſſo.* Indidem illa ſunt, *Ægre ſuſtinere impetum alicujus, Ægre ſe tenere, quid.*

CAPUT X.

De Adverb. ÆQUE, & PERÆQUE.

1 ADverbium *Æque* ab *Æquo* dictum eſt. Interdum abſolute ponitur. Cic. l. 4. ep. 6. Quantum præſens me adjuva-

juvare potueris, & consolando, & pro-
pe *æque* dolendo. *Del pari*. Id. l. 5. ep. 21.
Nemo erat, quicum essem libentius, quam
tecum, & pauci, quibuscum *æque* libenter. *Tanto volentieri*. Id. Verr. 5. c. 52.
Hoc *peræque* in omni agro decumano reperietis.

Æque ac, Æque atque, æque ac si.

2 Sæpe cum *Ac*, vel *Atque* conjungitur. Cic. de Am. 6. Quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberes, qui illis *æque, ac* tu ipse gauderet? Id. l. 13. ep. 43. Sed me colit, & observat, *æque atque* illum ipsum patronum suum. Id. ibid. ep. 44. Egnatii rem, ut tueare, *æque* a te peto, *ac si* mea negotia essent.

Æque & Æque ut.

3 Interdum cum *Et*, vel *Ut*. Cic. 2. Tusc. 26. Eosdem labores non esse *æque* graves Imperatori, *&* militi. Id. in Or. 50. Versus *æque* prima, *&* media, *&* extrema pars attenditur. Id. 12. Phil. 12. Possum ne igitur in Antonii latrocinio *æque* esse, *ut* hi, &c. Id pro Dom. c. 2. Itaque libentissime predicabo, Gn. Pompejum studio, auctoritate, *æque ut* unumquemque vestrum pro salute mea laborasse. *Quanto ognun di voi.*

Æque atque, ut.

4 Particulæ *æque* respondet aliquando in eadem constructione *æque*, & *ut*. Cic. Phil. 2. Æque *atque* huic Ordini, *ut* eque stri, *ut* Massiliensibus, *ut* omnibus.

Æque quam.

5 Æque aliquando assumit *quam*. Sueton.

ton. in Claud. c. 35. Nihil *æquequam* timidus ac diffidens fuit. Liv. l. 5. c. 6. An est quicquam, quod Vejentibus optatum *æque* contigere possit, *quam* ut seditionibus castra impleantur. Sed hæc non sunt temere imitanda.

Æque cum, æque quasi, æque prout.

6 *Æque cum, æque quasi, æque prout*, non carent exemplis, sed duo præsertim posteriora longe absunt ab elegantia, & communi usu latini sermonis.

CAPUT XI.

De Adverbio AGE.

Age, Agedum, Agitedum, Age nunc.

1 AGe, *Agedum*, *Agitedum*, *Age nunc*, sunt adhortantis, & ad alia transeuntis. Cic. pro Cluent. 30. *Age*, quoniam corrumpendi Judicii causas ille multas, & graves habuit, hic nullam, &c. *Orsù, poichè.* Id. pro Syl. 26. *Agedum* conferte nunc cum illius vita vitam P. Syllæ vobis, Populoque Rom. notissimam. Id. pro Rosc. Amer. 36. *Age nunc* illa videamus, Judices, quæ statim consecuta sunt. *Or via vediamo.* Liv. l. 6. c. 35. *Agitedum*, comitia indicite, Patres, tribunis militum creandis.

Age vero, Agesis vero, Agesis nunc.

2 *Age vero*, *Agesis*, *Agesis nunc*, Transitioni serviunt. Cic. pro Lege Man. 14. *Age vero*, cæteris in rebus quali Pompejus sit temperantia considerate. Id. in

Part. 12. *Agesis* ergo, quoniam dictum de altero est, expone nunc, &c. Id. 2. Tusc. 18. *Agesis nunc* de ratione videamus. *Or-sù, se tu vuoi.*

3 *Agesis* interdum disjungitur. Cic. pro Rosc. Amer. 16. *Age* refer nunc animum *sis* ad veritatem.

Age, Age jam, Age porro,
Instantis.

4 *Age, Age jam, Age porro,* sunt interdum instantis. Cic. 5. Phil. 10. *Age,* si paruerit Antonius, hoc cive uti aut volumus, aut possumus? Id. 5. Ver. 22. *Age porro,* tu qui te tam religiosum existimari voluisti, cur Tauromitanis frumentum imperasti? *Or via.* Id. 8. Att. ep. 3. *Age jam,* cum fratre, an sine, cum filio, an quomodo?

Age, age age, age sane,
Concedentis.

5 *Age, age age, age sane,* concedentis sunt. Cic. pro Mil. 19. *Age,* sit ita factum: cur Romam properabat? *Su via.* Id. 5. Fin. 3. *Age age,* inquit, satis enim scite me nostri sermonis principem esse voluisti. *Su su via.* Id. 2. Fin. 35. *Age sane* inquam. *Su via, son contento.*

CAPUT XII.

De Pronomine ALIUS, & de adverbiis hinc ortis.

Alius ac, alius atque, alius &, alius a, alius alias.

1 ALius sæpe jungitur cum, *ac, atque, &, a,* & *alias*. Cic. 1. de Or. 71. Potest enim non solum *Aliud* mihi, *ac* tibi, sed mihi ipsi *alias aliud* videri. Id. 3. de Or. 53. *Alia* dicentis, *ac* significantis dissimulatio. Id. l. 1. ep. 9. Non *alius* essem, *atque* nunc sum. *Altro da quel, ch' io son ora*. Id. pro Cœl. c. 28. Lux *alia* est Solis, *&* lychnorum. Id. Famil. l. 11. ep. 2. Nos ab initio spectasse otium, nec quicquam *aliud* a libertate communi quæsisse, exitus declarat.

Alius iteratus eodem casu.

2 *Alius, alia, aliud*, sæpe iteratur eodem casu. Cicer. in Top. 9. Dolus malus est, cum *aliud* dicitur, *aliud* simulatur. *Si fà una cosa, e si mostra un' altra*. Id. At. 2. ep. 7. *Alia* legatio dicta erat, *alia* data est. Id. pro Cœl. 3. *Aliud* est maledicere, *aliud* accusare.

Alius iteratur diverso casu.

3 Sæpe etiam iteratur diverso casu. Cic. pro Sext. 34. *Alius alio* gravius de mea salute dixit. *L' un più gravemente dell' altro*. Id. 3. Ver. 26. Hic tum *alius* ex *alia* parte. *Chi di qua, chi di là*. Id. 1. de Nat. Deor. 4. Est enim admirabilis

quædam continuatio, serieſque rerum; ut *alia* ex *alia* nexa, & omnes inter ſe aptæ, colligatæque videantur. Id. l. 7. ep. 25. Habeo Sardos venales, *alium alio* nequiorem. *Un peggio dell' altro*.

Admonitio.

4 *Alius* tum iteratur; cum de pluribus eſt ſermo; nam cum de duobus tantum, *alter* adhibetur. Non deſunt tamen exempla optimorum Scriptorum, in quibus *alius* uſurpatur pro *alter*. Plaut. in arg. Caſ. Conſervam uxorem duo conſervi expetunt; *alium* ſenex allegat, *alium* filius. Cic. in Bruto c. 95. Genera aſiaticæ dictionis duo ſunt, unum ſententioſum & argutum, *aliud* autem &c. V. *Alter* cap. XVI.

Alius atque alius, alius aliuſque.

5 *Alius, atque alius* idem eſt, ac *multus & diverſus*. *Alius aliuſque* idem ſignificat, & ad augendum adhibetur. Sed primum Livianum eſt, alterum Celſi. Liv. l. 1. cap. 8. *Alia atque alia* appetere loca. Celſus l. 5. c. 26. Cancer *aliis aliiſque* ſignis diſcernitur.

Aius alio.

6 Interdum *alius* cum *alio* adverbio jungitur. Cic. 2. Off. 24. Et cæteri quidem *alius alio*. *Chi qua, chi là*. Id. 1. de Div. 34. Simia & ſortes ipſas, & cætera, quæ erant ad ſortem parata, diſturbavit, & *alia alio* diſſipavit. *Una coſa in qua, l'altra in là*.

Aliud ex alio.

7 *Aliud ex alio* eleganter dicitur pro

una

una res post aliam. Cic. l. 9. ep. 19. *Aliud ex alio* me quotidie impedit. *Una cosa dopo l' altra*. Id. l. 9. ad At. ep. 12. Nunquam *aliud ex alio* peccare destitit.

8 Interdum seriem rerum connexarum significat. Cic. At. l. 16 ep. 14. Sed, ut *aliud ex alio*, mihi non est dubium, quin, &c. *Come una cosa tira l'altra*.

Aliud nisi, aliud præter.

9 *Aliud* cum *nisi* jungi solet a Ciccrone. Cic. de Sen. 2. Quid est *aliud*, Gigantum more bellare cum Diis, *nisi* naturæ repugnare? Id. 1. Off. 23. Bellum ita suscipitur, ut nihil *aliud nisi* pax quæsita videatur. Id. 2. de Or. 69. Rogavit, numquid *aliud* ferret, *præter* arcam?

Admonitio.

10 Rarius cum *Quam* jungitur a M. Tullio. Nec quicquam *aliud* opus est, *quam* abrogari: Att. l. 3. ep. 15. Latinum tamen est, atque elegans.

Alias.

Alias absolute ponitur pro *alio tempore*: Cic. l. 7, ep. 6. Plura scribemus *alias*.

Alias, alias iteratum.

11 *Alias* interdum iteratur. Cic. l. 2. de Fin. c.27. Nemo potest *alias* beatus esse, *alias* miser. *Ora beato, ora misero; una volta beato, un' altra misero*. Id. 3. de Or. 55. Ornamentis fere iisdem uti licebit, *alias* contentius, *alias* remissius.

Admonitio.

12 *Alias* pro *aliter*, & pro *alioqui* latinum est, sed ævi deterioris, ideoque non usurpandum.

Aliter ac, *Aliter atque*; *Aliter atque ut*, *Aliter quam*.

13 *Aliter* plerumque copulatur cum *Ac*, *Atque*, *Atque ut*, *Quam*. Cic. l. 16. ep. 13. Ne sim salvus, si *aliter* scribo, *ac* sentio. *S' altrimenti scrivo di quel, ch' io sento*. Id. l. 2. ep. 3. Sed *aliter*, *atque* ostenderam, facio. Id. l. 16. ad At. ep. 13. De Antonii itineribus nescio quid *aliter* audio, *atque ut* ad te scribebam. *Non so che diversamente di quel ch' io, ec.* Id. 3. Ver. 9. Ne *aliter*, *quam* ego velim, meum laudet ingenium. *altrimenti di quello ch' io ec.*

Aliter &, *Aliter ut*.

14 Interdum cum, *Et* vel *Ut*, conjungitur. Cic. At. l. 10. ep. 9. Quod de puero *aliter* ad te scripsit, *&* ad matrem de filio. Id. At. l. 11. ep. 9. Illud quidem mutari, si *aliter* est, *ut* oportet, non video posse. *altrimenti, che bisogna*.

Aliter absolute.

15 Sæpe absolute ponitnr. Cic. l. 3. ep. 7. Tu, si *aliter* existimas, non errabis. Id. At. l. 6. ep. 9. Non fuit faciendum *aliter*.

Aliter, *aliter* iteratum.

16 Nonnumquam iteratur. Cic. 3. Off. c. 17. Sed *aliter* leges, *aliter* Philosophi tollunt astutias. Id. de Am. 24. *aliter* enim cum Tyranno, *aliter* cum amico vivitur.

T*liter nisi*.

17 Aliter præcedente negatione conjungitur aliquando cum *nisi*. Cic. de Fato: A*liter* obsistere fato fatetur se *non* potuisse, *nisi* ad has commentitias declinationes

con-

confugisset. Id. Famil. 1. ep. 9. Nec *aliter* frangere, *nisi* cum præsidiis.

Aliter pro *Alioqui*.

18 Aliter videtur usurpari pro *alioqui* apud Cic. de Amic. *Aliter* amicitiæ stabiles permanere non possunt. Apud eund. 2. de Off. cap. 12. Semper est jus æquabile quæsitum: neque enim *aliter* esset jus, & alibi.

Admonitio.

19 *Aliter aliterque*, *aliter atque aliter*, *Aliter quam ut*, non sunt ex optimo penu latinæ elegantiæ.

CAPUT XIII.

De Pronominibus ALIQUIS, & ALIQUOT.

1 ALiquis, & *aliquot* ab *Alio* sunt ducta; sed *aliquis* ad unam ferme rem, aut personam, *aliquot* ad numerum refertur. Cic. At. l. 13. ep. 15. Expectabam *aliquem meorum*; *alcuno*. Id. At. l. 9. ep. 13. *Aliquot anni* sunt, cum, &c. Id. l. 7. ep. 18. *Aliquot litteras* accepi a te, uno tempore. *alquanti anni*, *aliquante lettere*.

CAPUT XIV.

De Adverb. ALICUBI, & ALIBI, ALICUNDE, & ALIUNDE.

1 ALicubi est *aliquo in loco*. Cic. At. l. 9 ep. 12. Si salvus sit Pompejus, & constiterit *alicubi*.

liunde, aliquoties:

2 *Alibi*, *alio in loco*. *Altrove*. Cic. 4. Acad. 32. Ea nusquam inesset *alibi* veri, & certi nota.

3 *Alicunde* est *ab aliquo loco*: Cic. 5. Fin. 2. Si quando his minamur, præcipitaturos *alicunde*, extimescunt. Ter. Andr. a. 2. sc. 4. Simo venit meditatus *alicunde*. *da qualche banda*.

4 *Aliunde* est *ab alio loco*, *ab alia re*, aut *ab alio homine*. *Altronde*. Cic. pro Lig. 1. Cum tu ipse neque per te scires, neque audire *aliunde* potuisses. Id. 2. de Orat. c. 9. Orator *aliunde* dicendi copiam petere non potest.

CAPUT XV.

De Adverbiis, ALIQUOTIES, & ALIQUANDO.

1 ALiquoties dictum est ab *Aliquot*, & ad numerum refertur. *Alquante volte*. Cicer. 4. Ver. 70. *Aliquoties* litteras ad socios de hujus injuriis miserunt.

2 *Aliquando* ex *alius* & *quando* conflatum, ad tempus accommodatur. *Tal volta, qualche volta*. Cic. 3. Off. c. 3. Liceret enim dicere, honestatem *aliquando* cum utilitate pugnare. Id. l. 5. ep. 8. Et nonnunquam a me alienarunt, & me *aliquando* immutarunt tibi.

Aliquando, pro *unquam*, seu *aliquo tempore*.

3 Interdum ponitur pro *unquam*, Cicer. pro Cœl. 6. Quis civis meliorum partium *aliquando*? *Una volta*. Id. 6. Acad. 4. Num hæc

hæc ex ullo audivisti *aliquando? Hai udito mai*.

Aliquando pro *Tandem*.

4 Persæpe *aliquando* pro *tandem* usurpari solet. Cic. pro Cluent. 19. Collegi me *aliquando*, atque ita constitui, fortiter esse agendum, Id. 3. Ver. 28. Et *aliquando* misereminì sociorum, Judices. *ormai*.

5 Nec raro *Tandem* adjungitur, majoris expicationis gratia. Cic. 2. Catil. 1. *Tandem aliquando*, Quirites, L. Catilinam Urbe ejecimus. *Pur una volta, al fine*. Id. pro Quint. 30. Spes est, hunc infelicem *aliquando tandem* posse consistere.

CAPVT XVI.

De Pronomine ALTER.

1 *Alter* fere de duobus dicitur; ut *Alius* de pluribus. Cic. pro Plan. 35. Quorum *alter* exercitum perdidit, *alter* vendidit. *l' uno lo mando al male, l'altro lo vendè*. Id. in Brut. cap. 1. *Alter* ab *altero* adjutus.

Dicitur etiam de pluribus duarum partium. Cicer. l. 6. ep. 3. *Alteri* dimicant, *alteri* victorem timent.

Admonitio.

2 Invenitur & *alius* pro *alter* usurpatum, cujus exempla habes in capite XII. Sed hæc magis scienda sunt, quam adhibenda.

Alter pro *Secundo*.

3 In enumeratione plurium *Alter* usur-

pa-

patur pro *fecundo*. Cic. 1. Phil. 13. Proximo, *altero*, tertio, denique reliquis consecutis diebus. Id. 4. Ver. 76. *Alterum*, tertium, quartum, permulta erant ejusmodi nomina.

4 Etiam extra enumerationem *alter* pro *fecundo* adhibetur, habetque significationes elegantissimas. Cic. Fam. 4. ep. 8. Me sicut *alterum* parentem observat. Id. Verr. 7. *Alter* Verres luxuria & nequitia. Id. Fam. 7. ep. 5. Vide quam mihi persuaserim, te me esse *alterum*.

Alterum tantum.

5 Alterum tantum. *Altrettanto*. Plaut. Epid. a. 2. sc. 4. Etiamsi *alterum tantum* perdundum sit. Liv. l. 8. c. 8. *Alterum tantum* ex latino delectu adjiciebatur. Cicer. in Orat. 56. Ut necesse sit, partem pedis aut æqualem esse alteri parti, aut *altero tanto*, aut sesqui esse majorem.

CAPVT XVII.

De Pronominibus ALTERVTER, & ALTERNVS.

1 ALteruter. *L'uno, o l'altro*. Cic. At. l. 8. ep. 17. Si vobis videretur, *alteruter* vestrum ad me veniret. Id. At. l. 9. ep 10. Non est tuæ dignitatis, atque fidei, ut contra *alterutrum*, cum utrique sis conjunctissimus, arma feras. Id Fam. 4. ep. 4. Si *alterutrum*, necesse sit, audire ea malis, quam videre.

2 *Alternus* ab *alter* dictum est. Horat. l. 1. Od. 4. *Alterno* terram quatiunt *pede*.

Or

Or con l' uno, or con l' altro piede. Liv. l. 5. c. 27. Alterni innixi.

3 *Alternis verbis, alternis versibus*, est *altero quoque verbo, altero quoque versu*. Liv. l. 8. c. 30. Nunciant, Dictatorem avidum pœnæ venire, *alternis* pene *verbis* T. Manlii facta laudantem; *ad ogni due parole*. Cic. 4. Tusc. 36. *Alternis versibus* intorquentur inter fratres gravissimæ contumeliæ. *Un verso per uno*.

4 *Alternis diebus, alternis mensibus, alternis annis*. *Un dì sì, l' altro no; un mese sì, l' altro no, un anno sì, l' altro no*.

5 *Alternis* adverbium hinc fluxit; intelligitur enim *vicibus*, aut aliquid ejusmodi. Virg. Ecl. 3. v. 59. *Alternis* dicetis. Id. 1. Georg. v. 79. *Alternis* facilis labor. A *vicenda, una volta per uno*. Cicero *vicissim* solet dicere.

CAPVT XVIII.

De Adverbio AMPLIVS.

Amplius pro *Plus*.

1 AMplius sæpe idem est, quod *plus*. Cic. 4. Ver. 1. Aliquanto *amplius* amplexus sum, quam, &c. Id. 4. Ver. 29. Facite quod vultis, daturus non sum *amplius*. *Non più*.

2 Accomodatur ad tempus, ac numerum. Cic. pro Rosc. Com. 3. *Amplius* sunt sex menses. Id. 7. Ver. 59. Qui, cum *amplius* centum Cives Romanos haberet ex conventu Syracusano, Id. pro Flac. 28.

Lao-

Laodiceæ expensum est viginti pondo; paulo *amplius*.

Amplius pro *Insuper*, aut *Præterea*.

3 Interdum declarat *Insuper*, aut *Præterea*. Cic. ad Brut. ep. 5. Cui cum essem assensus, decrevi hoc *amplius*, ut, &c. Id. pro Mil. 13. Quid vultis *amplius*? *Che volete più*? Id. pro Arch. 4. Nihil dico *amplius*. Huc spectant illa, *Etiam hoc amplius*, *e questo di più*. *Etiam ne amplius*? *ancor più*?

4 Aliquando induit rationem substantivi, & regit genitivum. Cæsar B. G. lib. 6. c. 9. Treveri, si Cæsar *amplius* obsidum velit, pollicentur.

CAPUT XIX.

De Adverbio An.

An, *An ne*, & *An vero* in principio.

1 AN, *An ne*, & *An vero*, in principio, interrogationi serviunt, ac vim habent instandi, negandique vehementius. Cic. 1. Phil. 6. *An* me censetis P. C. decreturum fuisse, ut parentalia cum supplicationibus miscerentur? *Pensate voi forse*? Id. in Pis. 5. *An* potest ulla esse excusatio? Id. pro Balb. 23. *An ne* licebit fœderatis; istuc vobis non licebit? Id. 3. Ver. 48. *An vero* dubitamus, quo, modo iste cæteros homines inferiores loco solitus sit appellare, qui, &c.

Admonitio.

2 Interrogatio non recte fit per *forsan* *for-*

forsitan, & *fortasse*, sed per *An*, aut *An vero*, aut aliquid ejusmodi.

An, & *An* ne interrogationi subjectum.

3 *An* sæpe interrogationi subjicitur pro *aut*. Cic. 2. Phil. init. Quid putem? contemptum ne me? Non video, quid despicere possit Antonius. *An* in Senatu facile de me detrahi posse credidit? *An* decertare mecum voluit? Id. 4. Ver. 77. Postulo, mihi respondeat, qui sit iste Verrutius? mercator *an* arator, *an* pecuarius? Id. 4. Acad. 29. Interrogatur, tria pauca sint *anne* multa?

An, & An *ne* dubitationi serviunt.

4 Interdum dubitationi servit. Cic. in Brut. 23. Quam orationem in suas origines retulit, paucis antequam mortuus est, *an* diebus: an mensibus. *Non so, se giorni, o mesi*. Id. pro Leg. Man. 19. Quo mihi indignius videtur, obtrectatum esse Gabinio dicam, *an ne* Pompejo; *an* utrique? *Non so se mi dica*. Huc pertinet illa, ubi *Utrum*, aut aliquid ejusmodi ponitur in oratione, aut intelligitur. Cic. in Orat. 61. In quo quæsitum est, in toto *ne* circuitu illo orationis, *an* in principiis solum, *an* in extremis, *an* in utraque parte numerus tenendus sit. Id. 3. de Or. Refert etiam, qui audiant; Senatus, *an* populus, *an* Judices; frequentes, *an* pauci, *an* singuli.

An *non*.

5 *An* sæpe conjungitur cum *non*, & subjicitur tum interrogationi, tum dubitationi. Terent. Phorm. a. 1. sc. 2. Pater

ejus

ejus rediit, *annon*? Liv. l. 8. c. 13. Sit Latium deinde, *annon* sit, in vestra manu posuerunt.

Admonitio.

6 *An* pro *sive*, quamuis non careat latino exemplo, caret tamen elegantia.

Admonitio.

7 In interregationibus, & dubitationibus *An* pro *Aut* reponendum est, nisi forte sententia aliud postulet: nimirum quia non interrogatio, aut dubitatio spectetur, sed rerum disjunctio. Cic. 1. de Fin. 21. An ille tempus *aut* in Poetis volutandis, *aut* in Musicis contereret. Id. 1. de Or. 9. An vero tibi Romulus ille *aut* pastores & convenas congregasse, *aut* Sabinorum connubia conjunxisse, *aut* finitimorum vim repressisse eloquentia videtur?

CAPUT XX.

De Præpositione, & Averbio ANTE.

1 ANte præpositio est, quoties casum regit; ac sæpe ad locum, personam, tempus accomodatur. Cic. pro Mil. 10. Clodius *ante suum fundum* Miloni insidias collocavit. Id. 6. Ver. 3. *Ante hosce Deos* erant tabulæ. Id. 2. Ver. 5. Causam interea *ante eum diem* diceret. Interdum persona, seu res addita designat etiam tempus. Cic. 3. Ver. 45. Minutius mortuus est *antè istum Prætorem*. *Prima, che costui fosse Pretore*. Id. 1. Acad. c. 4. Omnes *ante eum* Philosophi. *Tutt'i Fi-*

Filosofi, che furono avanti lui. Id. At. l. 12. ep. 18. Mihi *ante ædilitatem meam* nihil erat cum Cornificio. *Prima ch' io fossi Edile.*

Ante pro *Præ.*

2 *Ante* in comparationibus idem est ac *Prae*. Liv. l. 1. c. 14. Romulus longe *ante alios* acceptissimus militum animis fuit. Nepos in Attico, 3. Ei unus *ante alios* fuit carissimus.

Ante, *Inante*, *Exante* Calendis copulata.

3 Cum dicitur *ante diem tertium Calendas*, & similia, idem est ac si dicatur *tertio Cal.* hoc est die tertio ante Calendas. Liv. l. 43 c. 11. Comitia consularia *ante diem quintum Cal. Septemb.* fuere. Cic. ad Attic. l. 2. epist. 8. Quam epistolam *ante diem XVI. Cal. Maii* dedisti.

4 *Inante*, & *exante* eodem modo usurpantur, idemque valent, sed conjunguntur cum verbis, quæ motum significent, & illas præpositiones postulent. Cic. ad Att. l. 2. Comitia Bibulus *inante diem xv. Cal. Novembr.* distulit. Id. ad Att. l. 3. ep. 27. De Quinto Fratre nobis nuncii tristes, nec varii venerunt *exante diem non. Jun.* Ubi adverte has particulas ab aliis in unam vocem conjungi, ab aliis separari.

5 *Ante* adverbium est, cum nullum casum regit, cui opponitur *post*. Cic. 2. de Fin. 10. Ut, qui asoti esse velint, Philosophi *ante* fiant. Id. 1. Tusc. 29. Et paucis *ante* diebus, cum posset e custodia educi, noluit. Liv. l. 40. c. 40. Prætor biduo *ante* venerat.

Admonitio.

6 Cum dicimus, *Paucis ante diebus*; *annis*, *mensibus*, sextus ille casus non ab *Ante* regitur, sed est ablativus temporis. Porro adverbium *Ante* vel interponi, vel postponi solet, ut apparet in allatis exemplis. Livius etiam præposuit l. 40. c. 52. Æmilius templa *ante annis octo* voverat. Sed non videtur imitandus.

Longe ante, tanto ante, quanto ante, multo ante, paulo ante.

7 *Ante* sive sit adverbium, sive præpositio, conjungitur eleganter cum *longe*, *tanto*, *quanto*, *multo*, *paulo*; cujus rei passim occurrunt exempla. Liv. l. 1. c. 14. Romulus *longe ante* alios acceptissimus. Cic. Phil. 2. c. 33. *Tanto ante* prædixeras.

CAPUT XXI.

De Adverbio ANTEQUAM, & ANTEAQUAM.

1 *Antequam* alias cum conjunctivo; alias cum indicativo modo copulatur. Cic. 1. Phil. 1. *Antequam* de Rep. P. C. *dicam* ea, quæ, &c. Id. 4. Ver. 1. *Antequam* de Siciliæ incommodis *dico*.

2 Interdum *Antequam* pluribus verbis interjectis distrahitur. Cic. pro Rab. 9. Quæ causa *ante* mortua est, *quam* tu natus esses.

3 *Anteaquam* eodem fere modo usurpatur, sed non solet collocari in principio periodi.

CA-

CAPUT XXII.

De Adverb. ANTEA, ANTEHAC.

1 ANtea dictum quasi ante ea, cui *postea* opponitur. Cic. l. 1. ep. 9. Appius in sermonibus *antea* dictitabat. *postea* etiam dixit in Senatu.

2 *Antehac* est, *ante hoc tempus*, cui contrarium est *posthac*, & *nunc* Cicer. l. 12. ep. 23. Atque *antehac* quidem separare saltem licebat; *nunc* etiam illud ereptum est.

CAPUT XXIII.

De Præpositione APUD.

1 APud regit accusativum, & significat propinquitatem loci. Cic. 3. de Rep. A*pud focum* sedens.

2 Item propinquitatem personæ. Cic. Fam. l. 1. ep. 2. A*pud Pompejum* cænavit. Huc referenda sunt illa, A*pud Pompejum*, hoc est domi Pompeii. A*pud Xenophontem*, hoc est in libris Xenophontis. A*pud Majores nostros* justitia colebatur; hoc est a majoribus nostris, vel temporibus majorum nostrorum. *Apud se est*, videlicet compos mentis est, minimeque turbatus. *Apud me* tua valet auctoritas. A*pud Senatum* accusatur: & similia, quæ passim apud Latinos Scriptores occurrunt.

CA-

CAPUT XXIV.

De conjunctionibus AST, & AT.

1 *Ast* pro *Sed* rarum est apud Oratores, non tamen inusitatum. Cic. Att. l. 1. ep. 13. Crebras a nobis litteras expecta: *ast* plures etiam mittito:

2 *At* multiplices, & egregios usus habet. Ferme enim adversatur. Cic. 1.Phil. 5. Misi pro amicitia, qui hoc diceret: *at* ille, vobis audientibus, &c. Id. 2. Phil.4. *At* ego non nego, teque in isto ipso convinco, &c. Dixerat enim se negare posse. *Ma io.*

At, in principiis continuat orationem.

3 *At* in principiis sæpe continuat orationem. Cic. pro Dom. 44. *At* videte hominis audaciam. Id. 1. Phil. 8. *At* quæ est ista tertia Decuria? *Ma qual' è ec.*

At, in princ. servit anteoccupationi.

4 Alias servit anteoccupationi. Cic.2. Phil. 9. *At* ego suasi. Scilicet is animus erat Milonis, ut sine suasore prodesse Reip. non posset. *At* lætatus sum. Quid ergo? in tanta lætitia cunctæ civitatis, me unum tristem esse oportebat? Id. 4. Ver. in extr. *At* mores commodi: quis contumacior? *at* hæc sine cujusquam malo: quis acerbior?

At execrantis.

5 Non raro est execrantis. Ter. Hecyr. 1. sc. *At* te Dii, Deæque perdant. Vir. 2. Æn. v. 534. *At* tibi pro scelere (exclamat)

mat) pro talibus ausis Dii, si qua est cœlo pietas, &c.

At, in medio servit subjectioni.

6 *At*, in medio sæpe servit subjectioni. Cic. 3. Ver, 55. Quid ita? ne vitiosum fieret opus? *at* erat probatio tua. ne parum locuples esset? *at* erat, & esset amplius, si velles. Id. Or. c. 67. Domus tibi deerat? *at* habebas; pecunia superabat? *at* egebas.

At servit amplificationi.

7 Nonnumquam amplificationi. Cic. pro Mil. 17. Itaque antevertit, *at* quo die? Id. pro Cluent. 70. Vna oppugnat mater; *at* quæ mater? *E che madre?*

At, in exclamatione, & imploratione.

8 Alias exclamationi, & implorationi Cic. 3. Ver. 46. *At* per Deos immortales, quid est, quod de hoc dici possit?

At pro *saltem*?

9 Interdum usurpatur pro *Saltem*. Cic. pro Quin. 31. Si non propinquitatis, *at* etatis suæ; si non hominis, *at* humanitatis rationem haberet. Id. pro Dom. 50. Esses omnia si minus re, *at* verbis consecutus. *Se non in fatti almeno, ec.*

CAPVT XXV.

DE AT VERO, & AT ENIM.

1 AT *vero* plerumque adversatur, & usurpatur initio ambitus. Cic. 3. de Nat. Deor. 36. *At vero* ut honoribus aucti, aut re familiari. Id. pro Marc. 4. *At vero* hæc tua justitia florescet in dies magis.

2 Usurpatur etiam in occupationibus. Cic. Famil. l. 4. ep. 5. *At vero* malum est liberos amittere. Malum, nisi hoc pejus sit, hæc sufferre & perpeti.

3 *At enim* in anteoccupationibus frequens est. Cicer. 2. Phil. 2. *At enim* te in disciplinam meam tradideras; næ tu, si id fecisses, &c. *Ma mi dirai, che*, &c. Id. pro leg. Man. c. 20. *At enim* nihil novi fiat contra exempla, atque instituta majorum. *Ma dirà alcuno, che non si faccia, ec.*

4 Pro *Sed* aliquando usurpatur. Cic. 2. de Orat. 49. *At enim* vereor, inquit Crassus, ne hæc difficiliora istis ad persuadendum esse videantur.

CAPUT XXVI.

DE ATTAMEN, & AT ETIAM.

1 Attamen, ὅμως ἀλλά, idem fere, quod *Tamen*. Cicer. 3. Fin. 15. Sed, quanquam negent nec virtutes, nec vitia crescere; *attamen* utrumque eorum fundi quodammodo, & quasi dilatari putant. Id. 6. Ver. 24. *Attamen*, ut possit se dicere emisse. *Ma pure*.

2 *At etiam*, εἶτα, indignationi servit, & irrisioni rerum dissentanearum. Cic. 2. de Nat. Deor. 41. *At etiam* de sanctitate, & pietate adversus Deos scripsit Epicurus. Id. 2. Phil. 34. *At etiam* inscribi jussit in Fastis. *Questo ci mancava*.

CA-

CAPUT XXVII.

De Conjunctione ATQUI.

1 ATqui, Καίτοι, sæpe continuat orationem non secus, quam *atque*, vel *atque etiam*, sed vi quadam majore. Cicer. pro Mil. 4. *Atqui*, si tempus est ullum jure hominis necandi, quæ multa sunt, certe illud est. *Anzi dico, E io dico*. Id. ibid. c. 15. *Atqui* erat id temporis clarissimus, & fortissimus Consul inimicus Clodio, *Anzichè*.

Atqui, pro *at vero*.

2 Nonnunquam adversatur, similiter ut *at vero*. Cic. 2. Agr. 6. *Atqui* ego a primo capite legis usque ad extremum reperio, Quirites, &c. *Ma sì*. *Ma cappari*.

Atqui, pro *&* *tamen*.

3 Interdum declarat *&* *tamen*. Cicer. 3. Verr. 42. *Atqui* in his rebus multa videmus ita sancita esse legibus, ut, &c. Id. pro Sext. 37. *Atqui* ne ex eo quidem tempore id igit Sextius. *E pure*. Καίτοι

4 Servit aliquando anteoccupationi. Cic. in Bruto 83. *Atqui* eæ notæ sunt optimæ. Credo: sed nimia vetustas &c.

CAPUT XXVIII.

De Conjunctione AUTEM, δὲ

1 COnjunctio *Autem*, sæpe quidem idem est, quod *Sed*, verum plerumque continuat orationem, nec tam si-

gnificat *Sed*, quam *Et*. Nihil opus est exemplis, quæ passim occurrunt: satis est monuisse.

Autem, cum interrogatione.

2 Verum, cum interrogatio subjicitur, servit correctioni. Cicer. pro Rab. Post. 5. Num quis testis Posthumum appellavit? testis *autem*? *Che dico testimonio*? Id. At. l. 12. ep. 42. Sed ferendus tibi in hoc meus error, ferendus *autem*? immo vero etiam adjuvandus.

CAPUT XXIX.

De Adverb. BENE, & BELLE.

1 Bene præter vulgarem usum sæpe auget, & pro *Valde* ponitur. Cicer. At. l. 14. ep. 21. *Bene mane* dedi litteras. *La mattina a buon' ora. La mattina assai per tempo*. Id. 2. de Or. 64. *Bene* ante lucem. *Molto avanti giorno*. Id. 2. Catil. 10. Quos aut imberbes, aut *bene* barbatos videtis. *Assai bene barbati*. Id. 2. Agr. 22. Adolescens non minus *bene* nummatus, quam *bene* capillatus.

2 Item illa apud Ciceronem, aliosque bonos auctores: *Bene doctus, bene peritus, bene iratus; Oratio bene longa; bene magna caterva; sermo bene longus*. Rursus, *bene maturum, bene firmum*, & alia ejusmodi.

3 *Belle*, a *Bene* imminutum est, ut sit *Satis bene*. Verum sæpe magis accedit ad *venuste*, atque *concinne*, quam ad *Bene*. Cic. 3. de Or. 26. Bene, & præclare quamvis nobis sæpe dicatur; *belle* & fe-

& festive, nimium sæpe nolo. Id. ad Qu. fr. l. 3. ep. 1. Aqua non longe a Villa *belle* sane fluens. Id. Att. lib. 1. ep. 1. Hermathena tua posita ita *belle* est, ut &c. *Leggiadramente*.

4 Non raro tamen pro *Commode* usurpatur, quia *commode* est *satis bene*. Cic. Att. lib. 7. ep. 2. *Belle* nobis flavit Auster. Id. At. l. 4. ep. 16. Ergo hæc quomodo feres? *belle* hercule: & in eo me valde amo. Id. 2. Divin. 31. Hæc non tam admirabilia sunt, quam conjecta *belle*. Id. 5. Fin. 2. Mihi quidem Antiochum, quem audis, satis *belle* videris attendere. *Onestamente bene*.

Inde illa satis trita: *Belle* cecidit, *belle* habere, *minus belle* habere. Rursus illa, *Belle* facere, *belle* negare, *bellissime* scribere, *bellissime* navigare.

CAPUT XXX.

De Adverbio BREVI.

1 B*Revi* adverbium ex eo factum videtur, quod intelligitur *Tempore*, aut *Oratione*. Duplex inde ejus significatio, usus que manavit. Interdum enim *Brevi tempore* declarat. Cicer. Famil. 9. ep. 25. Sed jocabimur alias coram, & ut spero, *brevi*. *In breve*. Plaut. Rudent. Eum *brevi* fieri divitem. Liv. L. 21. c. 4. Annibal, ut &c. *brevi* effecit.

2 Sepe vero pro *breviter* ac *paucis* usurpatur. Cicer. 1. Orat. 42. Nunc complectar, quod proposui, *brevi*. *In poche parole*

vole. Id. de Sen. c.16. *Brevi* expediam.
Inde illa, explicabo *brevi*, *brevi* respondebo, dicam *brevi*, *brevi* sic habeto.

CAPUT XXXI.

De Adverbio CÆTERUM, & CÆTEROQUI.

1 Cæterum adverbium proprie est *De cætero*, *De reliquo*. *Del resto*, *quanto dal resto*. Cic. ad Qu. Fr. l. 2. ep. 13. Ego me in Cumano, & in Pompejano, præterquam quod sine te; *cæterum* satis commode oblectabam.

2 Usurpatur ab Historicis passim pro *Sed*: interdum etiam ab Oratoribus.

3 *Cætera pro cæterum* non poeticum solum, sed etiam historicum est. Horat. l. 1. ep. 10. Excepto, quod non simul esses, *cætera* lætus. Virg. l. 9. Æn. *Cætera* parce puer bello. Liv. l. 1. c. 35. Ergo virum *cætera* egregium secuta, quam in petendo habuerat, etiam regnantem ambitio est. Id. l. 21. c. 8. Missile telum hastili oblongo, *cætera* tereti.

Admonitio.

4 Orator pro *cætera* dicit *cæterum* aut *cæteroqui*.

CÆTEROQUI.

5 *Cæteroqui*, aut *cæteroquin* eandem originem, ac vim habet. Cic. l. 9. ep. 10. Ego *cæteroqui* æquo animo fero. *Del resto*.

6 Interdum pro *Alioquin* poni videtur. Cicero 1. de Nat. Deor. c.22. de Simonide: Non enim Poeta solum suavis, verum etiam

etiam *cæteroquin* doctus, sapiensque traditur. Id. At. l. 14. ep. 18. O loca *cæteroquin* valde expetenda; interpellantium autem multitudine pene fugienda. *Per altro desiderabili*.

CAPVT XXXII.

De Adverbio CEDO.

Cedo pro *Da*.

1 C*Edo* sæpe declarat *Da*. Plaut. Amph. 2. sc. 2. *Cedo* mihi pateram. Id. Capt. 4. *Cedo* manum. *Dà qua la mano*. Id. Most. 1. sc. 3. *Cedo* aquam manibus. *Dà l'acqua alle mani*. Cic. 6. Ver. 20. *Cedo* tabulas. Id. 3. Ver. 33. *Cedo* mihi ipsius Verris testimonium, recita. *Dà qua*.

Cedo pro *Dic*.

2 Alias usurpatur pro *dic*. Tert. Eun. 5. 5. Quid factum est? *Cedo*. *Di su*. C. 2. Div. 71. *Cedo* tandem, qui sit ordo, aut quæ concursatio somniorum. Id. 6. Ver. 25. Vnum *cedo* auctorem tui facti. Id. 5. Ver. 12. *Cedo* unum ex triennio Præturæ, qui, &c. *Dinne uno*.

CAPVT XXXIII.

De Adverbio CERTE.

1 C*Erte* proprie est *Sine dubio*. Plaut. Trinum. 4. 3. *Certe* is est. Cicer. l. 11. ep. 16. Si me tanti facis, quanti *certe* facis. *Per certo*.

Certe concedentis.

2 Interdum concessioni servit. Cic. in

Orat. 42. At dignitatem docere non habet: *certe*, si quasi in ludo. *Vero è, se a modo della scuola*. Id. 2. Fin. 28. Naturales divitias dixit parabiles esse, quod parvo esset natura contenta: *certe*, nisi voluptatem tanti æstimaretis; *Si bene*.

Certe pro *saltem*.

3 Quoties antecedit *fortasse*, *si non*; aut aliud quippiam, quod dubitationem contineat, *certe* pro *saltem* ponitur eleganter; nimirum quia id, quod subjicitur, tanquam dubio certum opponitur. Cicer. 4. Fin. 3. Res fortasse veræ, *certe* graves. *O almeno gravi*. Id. I. 4. ep. 7. Victi sumus igitur, aut si vinci dignitas non potest, *certe* fracti, atque abjecti.

Certe quidem, & *quidem certe*.

4 *Quidem certe*, & *certe quidem* certi aliquid designant. Sed *certe quidem* in principio fere ponitur; *quidem certe* subjicitur. Cic. 1. Tusc. 29. Vbiubi est animus, *certe quidem* in te est. *Egli è pure in te*. Id. de Prov. Cons. 17. Quam sapienter repudiarim, non disputo; constanter, & fortiter *quidem certe*. *Se non altro, almeno con fortezza*. V. *Quidem*.

CAPVT XXXIV.

De Adverbio CITIVS.

Citius, pro *potius*.

1 C*Itius*, ut a vulgata significatione discedamus, interdum usurpatur pro *potius*. Cicer. 2. Phil. 2. *Citius* dixerim

xerim jactasse se aliquos, ut, &c. quam; &c. *Più presto, più tosto*. Id. in Brut. 67. Eam *citius* veteratoriam, quam oratoriam dixeris.

Citius pro *Prius*.

2 Alias pro *Prius*. Cic. 6. Ver. 26. Vox me *citius* defecerit, quam nomina. Id. l. 5. ep. 2. *Citius* amore tui fratrem tuum odisse desinam, quam illius odio quicquam de benevolentia nostra detrahatur.

CAPUT XXXV.

De CIRCA, & CIRCITER.

1 PRæpositio *Circa* idem est, quod *circum*, & ad locum, aut personam, aut tempus refertur. Cic. 1. Agr. 7. Rullus Capuam, & urbes *circa Capuam* occupabit. *Intorno a Capua*. Id. 3. Ver. 48. Multa sibi opus esse, multa canibus suis quos *circa se* haberet. *Attorno*. Liv. l. 42. c. 57. *Circa eandem horam* copias admovit.

2 Habet etiam aliquando rationem adverbii. Cic. 4. ad At. ep. 9. Ea, quæ *circa* sunt, velim invisas.

3 *Circiter* idem pene significat, sed ad tempus, aut numerum accomodatur. Plau. Most. 3. sc. 1. Redito huc *circiter* meridiem. Cic. At. l. 2. ep. 4. Nos *circiter* Kalendas, aut in Formiano erimus, aut in Pompejano. Cæs. l. 1. de B. G. 15. Ita dies *circiter* quindecim iter fecerunt. Liv. l. 28. Cum decem *circiter* millia passuum ab hoste abessent. *Intorno, in circa*.

Admonitio.

4 Quoties tempus, aut numerus significatur, tutius adhibebis *circiter*, quam *circa*.

CAPVT XXXVI.

De Præpositione CITRA.

1 Citra Præpositio contrarium habet *Ultra*. Cæs. l. 6. de B. Gal. c. 32. Qui sunt *citra* Rhenum. *Di qua dal Reno*. Cic. l. 6. ep. 4. Is locus est *citra* Leucadem stadia cxx. Id. 6. Phil. 3. Vt exercitum *citra* flumen Rubiconem educeret. *Dentro a' termini del fiume Rubicone*.

Citra, pro *intra*, vel *sine*.

2 *Citra* per translationem declarat interdum *Intra*, vel *Sine*. Columel. l. 7. c. 6. *Citra satietatem* data glans. idest intra satietatem, ita ut non satiarentur. Cels. l. 1. c. 2. Exercitationis plerumque finis debet esse sudor, aut certe lassitudo, quæ *citra* fatigationem sit. *Dentro a' termini della stanchezza*. Plin. lib. 3. *Citra* fastidium nominare. idest sine fastidio. Id. lib. 11. *Citra* perniciem. Id. lib. 7. c. 29. *Citra* invidiam.

CAPUT XXXVII.

De Adverbio COMMODUM.

1 Commodum adverbium pro *Commode*, sive *Opportune* usurpari solet. Plaut. Merc. a. 1. sc. 2. Si isthac ibis, *commodum* ob-

obviam venies Patri. *A tempo*, *a proposito*.

Commodum cum.

2 Sæpe assumuit *Cum*. Cic. At. l. 13. epist. 30. *Commodum* ad te miseram Demeam, *cum* heros ad me venit. *Appunto quando*. Id. At. l. 15. ep. 18. *Commodum* ad te dederam litteras de pluribus, *cum* ad me bene mane Dionysius fuit. Id. At. l. 13. ep. 9. *Commodum* discesseras heri, *cum* Trebatius ad me venit.

CAPUT XXXVIII.

De Adverbio CONTINUO, & CONTINENTER.

1 Continuo idem est, quod *Statim*, *Incontinenter*. Cic. pro Rosc. Com. 6. Ignis in aquam contentus *continuo* extinguitur. Teren. Heaut. 3. 1. *Continuo* hìc adero. Id. Eun. 3. 2. Hos prius introducam, postea *continuo* exeo. *Subito*. Cic. 4. Acad. 1. Deinde absens factus Ædilis, *continuo* Prætor, post &c.

Non continuo, pro *Non ideo*.

2 Sæpe *Non continuo* usurpatur pro *non ideo*. Cicer. pro Rosc. Am. *Non continuo*, si me in gregem sicariorum contuli, sum sicarius. Id. 2. de Or. At si illæ seditiones saluti huic Civitati fuissent, *non continuo*, si quis motus populi factus esset, id &c. *Non perciò*, *Non però*.

3 *Continenter*, est *sine intermissione*. Cic. 1. de Nat. Deor. 39. Quomodo enim probas *continenter* imagines fieri? *Continuamente*. Cæs. 1. Bel. Civ. 46. Cum hoc esset modo

pugnatum *continenter* horas quinque. Id. 1. Bel.Gal.1. Belgæ cum Germanis *continenter* bellum gerunt ; idest *assidue*.

Admonitio.

4 *Continuo* adverbium pro *assidue* barbarum est.

CAPUT XXXIX.

De Adverbio ; & Præpositione CONTRA.

1 Contra adverbium sæpe est, quia sine casu ponitur. Cic. l. 13. ep. 18. Vtrumque *contra* accidit. *Tutto il contrario*.

Contra, pro E contra; ut multi minus latine loquuntur.

2 *Contra* usurpatur pro *e contra*; ipsum autem *è contra* vel barbarum, vel pene barbarum est. Cic. 5. Tusc. 6. Vt hi miseri, sic *contra* illi beati. *Per lo contrario, all'incontro*. Id. de Amic. c. 24. Peccasse enim se non anguntur, objurgari molestè ferunt, quod *contra* oportebat, delicto dolere, objurgatione gaudere. Id. 4. Acad. 32. Vt aliæ probabiles videantur, aliæ *contra*. *Altre al contrario*.

Contra ac, Contra atque, Contra quam.

3 *Contra* jungitur cum *ac, atque, quam*. Cic. pro Balb. 3. Si denique aliquid, quod non *contra ac* liceret, factum diceretur, sed *contra atque* oporteret. *Al contrario di quel, che bisognava*. Id. pro Dom. 46. De vestro jure, ac religione, *contra quam* propo-

fue-

fueram, disputabo. *Contra quel, che io m' era proposto.*

4 Est etiam præpositio, regitque quartum casum. Cic. 3. Offic. c. 5. *Contra* naturam est. Cæs. de B. G. 3. c. 9. Auxilia ex Britannia, quæ *contra* eas regiones posita est, arcessunt.

CAPUT XL.

De Conjunctione CUM.

Cum junctum tempori.

1 CUm sæpe tempori adhibetur. Cic. l. 1. ep. 3. Scis profecto fuisse quoddam tempus, *cum* homines existimarent. *Tempo che*. Id. l. 15. ep. 14. Multi enim anni sunt, *cum* ille in ære meo est.

Cum pro *Etsi*.

2 Interdum *Cum* designat *Etsi*. Cic. l. 1. ep. 2. Cui *cum* Cato, & Caninius intercessissent; tamen est perscripta. *Con tutto che*. Id. l. 1. ep. 8. *Cum* plus etiam contenderimus, quam possumus; minus tamen faciemus, quam debemus. *Posto che, Quando che*.

Cum, & *Tum vero*, *Tum etiam*.

3 *Cum*, & *tum* fere usurpantur, cum duo inter se ita comparantur, ut posterius priori anteponatur: significant autem idem, quod *Non solum*, *sed etiam*. Cicer. l. 4. ep. 13. *Cum* cæteris, ut quidem videor, *tum* mihi ipse displiceo. *Si agli altri, come*. Attamen post *Tum* ponitur interdum *Vero*, alias *Etiam*. Cic. ad Qu. Fr. 1.

Quæ *cum* abhorrent a litteris, & ab humanitate, *tum vero* contraria sunt imperio, & dignitati. *Oltre che, ec. Sì ancora.* Id. l. 3. ep. 13. Ut ego perspicio *cum* mea conjectura, *tum etiam* tua. *Tanto per conto tuo, quanto ancora per mio.* Id. 1. Qu. Fr. ep. 1. Halienus autem noster *cum* animo, & benevolentia, *tum vero* etiam imitatione vivendi.

Cum, tum maxime, tum præcipue, tum in primis, tum vel maxime.

4 Ut vehementius id, quod secundo loco ponitur, affirmitur; post *tum* adhibetur *maxime*, aut *præcipue*, aut *in primis*, aut *vel maxime*. Cic. 1. Off. 34. Luxuria vero *cum* omni ætati turpis, *tum maxime* senectuti fœdissima est. *Sebbene ad ogni età sta male, pur più che ad ogni altra, alla vecchiaja sta malissimo.* Id. l. 11. ep. 6. Solicitum esse te, *cum* de tuis, communibusque fortunis, *tum maxime* de me, ac dolore meo sentio. Id. Qu. Fr. l. 1. ep. 1. Servos *cum* omnibus in locis, *tum præcipue* in provinciis regere debemus. Id. l. 1. ep. 7. Lentulum nostrum *cum* cæteris artibus, *tum in primis* imitatione tui fac erudias. *Nell' altre arti ancora, ma particolarmente.* Id. l. 12. ep. 22. Hoc ego *cum* Reip. causa censui, *tum in primis* retinendæ dignitatis tuæ. Id. pro Flac. 38. *Cum* alia multa certi homines, *tum* hoc *vel maxime* moliuntur.

Cum tum, Tum.

5 Interdum, quia plura inter se comparantur, *tum* iteratur; sed quod cæ-

teris

teris antefertur, postremo loco collocatur. Cic. l. 9. ep. 13. Velis per te me hoc muneris *cum* ipsis amicis hominibus, *tum* municipio Caleno, *tum* Leptæ, quem omnibus antepono, dare.

Cum & *tum* diversis verbis ejusdem, alias diversi modi copulata.

6 *Cum*, & *tum* diversis sæpe verbis ejusdem modi copulantur. Cic. l. 16. ep. 6. *Cum* tua, & mea valde interest te valere, *tum* multis est curæ. Id. l. 2. ep. 9. *Cum* gratulor, *tum* vero, quibus verbis tibi gratias agam, non reperio.

7 Interdum modus variatur. Cic. de Au. resp. c. 16. Sic enim sentio, jus legatorum *cum* hominum præsidio munitum sit, *tum* etiam divino jure esse vallatum. Id. At. l. 7. ep. 4. Hoc *cum* antea intelligerem, *tum* vero proxime judicavi.

Cum, & *tum* ad tempus futurum relata.

8 *Cum*, & *tum*, tempus futurum nonnunquam designant. Cic. l. 16. ep. 11. Si valebis, *cum* recte navigari poterit, *tum* naviges. Id. l. 14. ep. 3. *Cum* inimici nostri venire dicentur, *tum* in Epirum ibo. *Quando*, *all' ora non prima*.

9 Interdum additur *denique* majoris explicationis gratia. Cicer. pro Quin. 13. Apud judicem causam priore loco dicat, & eam *cum* perorarit, *tum denique* vocem accusatoris audiat.

Cum jam, vel *jam tum*, relata ad tempus præteritum.

10 *Cum jam*, vel *Jam tum* ad tempus

præ-

preteritum referuntur. Cic. l. 10. ep. 10. *Cum* hæc legeres, *jam* decretum arbitrabar fore. Id. l. 15. ep. 13. *Cum* hæc scriberem, *jam tum* existimabam orationem ad te esse parlatam. *Scrivendo io queste cose, infin d' all' ora, ec.*

Admonitio.

11 Particula *Cum* non est collocanda ante vocem, cujus initium sit littera *N*, ut monet Quintilianus l. 8. c. 3. & eum secuti Grammatici. Quare non est dicendum *cum notis hominibus*, sed *cum hominus notis*. Contra tamen hanc regulam non desunt optima exempla. Cic. pro Dom. sua ad Pont. *Cum* neque servus. Verr. ult. *Cum* nihil, 3. Leg. *Cum* nullo magistratu, & alibi.

CAPUT XLI.

De Adverbio CUR.

1 *Cur* sæpe cum *causa* conjungitur. Cic. pro Rosc. Com. 16. Non fuit *causa cur*, tantum laborem caperes. Id. pro Rosc. Am. 50. Quod si tibi nulla *causa* est, *cur* hunc tanta calamitate affici velis? *Che se tu non hai ragion alcuna di voler, ec.* Id. pro Cluen. 61. Quæ est *causa cur* hoc velis? Id. pro Flac. 2. Quid est *causæ*, *cur* non pertimescat? *Per qual cagione non dee egli aver paura?*

2 Alias *causa* non exprimitur, sed intelligitur. Cic. pro Cluen. 53. Quid est, Q. Naso, *cur* tu in isto loco sedeas? *Che cagione hai di sedere in cotesto luogo? che accade, che tu, ec.*

3 Et-

3 Etiam *ratio*, & *argumentum* libenter sibi adsciscunt hanc particulam. Cic. Fam. 6. ep. 8. Affert *rationem*, *cur* neget. Id. 1. de Nat. Deor. c. 23. Id satis magnum esse *argumentum* dixisti, *cur* esse Deos confiteremur.

CAPUT XLII.

De Præpositione DE.

De pro *Ex* ad personam relatum.

1 DE pro *Ex* sæpe ad personam accomodatur. Cic. pro Balb. 5. Audivi hoc *de parente* meo. *Da mio Padre*. Id. At. l. 1. ep. 11. Messala Consul *de Pompejo* quæsivit, quid de religione sentiret. *Dimandò a Pompeo*. Id. pro Flac. 20. Fundum Cirneum Romæ mercatus est *de Pupillo* Merubonio.

De, ad locum.

2 Alias refertur ad locum. Ter. And. 3. 2. Clamat *de via*. *Dalla strada*. Cic. 1. de Orat. 15. Non enim declamatorem *de ludo*, aut rabulam *de foro* quærimus. Id. 2. de Or. 7. Hominem audietis *de schola*. Id. 4. Ver. 38. Palam *de sella* ac *tribunali* pronunciat. Id. At. l. 1. ep. 10. *De phaselo* epistolam dedisti.

Inde illa vulgata, *Exire de navi*, *De Sicilia abire*, *De provincia decedere*.

De, ad tempus.

3 Interdum ad tempus. Cic. At. l. 4. ep. 3. In comitium *de nocte* venit. *Di notte*. Id. pro Mur. 19. Vigilas tu *de nocte*, ut tuis consultoribus respondeas.

Id.

Id. Qu. Fr. l. 2. ep. 1. Vt considerate diligenterque naviges *de mense* Decembri. *Nel mese*, *del mese*. Cæs. l. 1. de Bel. Civ. c.63. Cum *de tertia vigilia* Petrejus, & Afranius castra movissent. *Su la terza vigilia*. Plaut. Most. a. 3. sc. 2. Non bonus somnus est *de prandio*. *Dopo pranso*.

De, ad gentem, gradum, conditionem, multitudinem.

4 Persæpe accomódatur ad gentem, gradum, conditionem, multitudinem. Cic. pro Flac. 4. Si quis unquam *de nostris hominibus* fuit. *De' nostri*. Id. de Opt g. Or. c. 4. Habeatur sane orator, sed *de minoribus*. Id. in Brut. 34. Is accusator *de plebe* fuit. *Della gente bassa*. Id. pro Mil. 24. Vnus *de illis*. Inde illa: *Unus de multis*, *Unus de septem*, *unus de populo*.

De, ad materiam.

5 Non raro ad materiam. Cic. At. l. 13. ep. 37: *De* eodem *oleo*, & *opera* exaravi nescio quid ad te. Id. 2. de Or. 19. Cujusmodi artificium *de* ipso *Iure* civili Crassus componi posse dicebat. *Dell' istesso corpo delle Leggi*.

Huc spectat illud Cic. Parad. 1. c. 2. Cæteri multa *de* suis *rebus* exportabant; & alia ejusmodi. *Molte delle loro cose*.

De pro *Super*, ὑπὲρ.

6 Cum de legatis agitur, *De* usurpatur ad significandam materiam, aut caussam legationis. Cicer. 1. Off. 12. Regulus *de captivis* commutandis Romam missus. Id. in Brut. 90. Legatus ad Senatum *de* Rhodiorum *præmiis* venerat. Inde

de illa : *Legati de pace* : *de captivis redimendis*, &c.

De pro *Propter*.

7 Etiam ad causam declarandam adhiberi solet. Ter. Hecyr. a. 5. sc. 1. Non hoc *de nihilo* est, quod Laches me nunc conventam esse expetit. Plaut. Truc. 4. 2. *De nihilo* irasci. *Per niente*. Cic. 3. Ver. 30. Flebat uterque non *de* suo *supplicio*; sed pater *de* filii *morte*, *de* patris filius. Hinc illa vulgata: *Gravi de causa* : *Certis de causis* : *Quibus de causis* : *Maximis*, *justissimisque de causis*.

De pro Quod attinet ad.

8 Sæpissime usurpatur pro *Quod attinet ad*. Cic. l. 1. ep. 1. Hortensii sententia cedit religioni *de exercitu*. *Quanto all' esercito*. Id. Att. lib. 10. ep. 1. *De pace* sentio simulationem esse apertam. *Quanto alla pace*. Huc revocari possunt illa: *De facie novi*. Cic. in Pis. 32. Virtus, quam tu ne *de facie* quidem nosti. *Nè meno di vista*.

De consilio, *de sententia alicujus*.

9 Jungitur sæpe cum *consilio*, & *sententia*. Cic. lib. 12. ep. 3. Omnia *de* meo *consilio* & vos fecissetis, & Canutius faceret? Id. pro Rosc. Am. 10. *De* amicorum *sententia* Roscius Romam confugit. *Per consiglio degli amici*. Hinc illa: *De consilii sententia*. *De comuni sententia*. *Di comun parere*.

De industria.

10 *De industria* est *Dedita opera*. *Apposta, a bello studio*. Cic. 4. Fin. 1. Nec tamen ab illis ita dicuntur *de industria*. Id. 1. Off. 7. Si *de* in-

industria facias. Huc referenda sunt illa: *De compacto*. *D' accordo*. *De more*. *Secondo il costume*. *De improviso*. *All' improvviso*.

De integro pro *Denuo*.

11 *De integro* idem quod *Denuo*. Cic. 4. Ver. 56. *De integro* creare Censores. Id. At. l. 13. ep. 49. Gratulari *de integro*. Id. l. 12. ep. 29. *De integro* incidere in morbum. *De integro* scribere, Att. l. 13. ep. 27. *Di nuovo*.

De scripto.

12 *De Scripto* contrarium habet *memoriter*. Cic. l. 10. ep. 3. Ut a me *de scripto* dicta sententia est. Id. 10. Phil. 2. Ita enim dixisti, & quidem *de scripto*. *Con lo scritto in mano*.

De meo, *de tuo*, *de suo*: *de nostro*, &c.

13 *De meo*, *de tuo*, *de suo*, &c. vulgaria videntur, sed elegantia sunt. Ter. Adelph. 1. 2. Potat, olet unguenta *de meo*. *A mio costo*. Plaut. Bacc. 1. 1. Ad eam operam facere sumptum *de tuo*. Liv. l. 4. c. 59. Cum ante id tempus *de suo* quisque functus eo munere esset. *A sue spese*. Plaut, Truc. 1. 2. *De nostro* sæpe edunt. *Del nostro*. Sic dicimus: *de publico*, *de alieno*, &c.

CAPUT XLIII.

De Adverb. DEINDE, DEINCEPS, & DEIN.

1 DEinde est adverbium ordinis, atque interdum sæpius interatur. Cic.

Cic. l. 3. ep. 7. An ego tibi obviam non prodirem? primum Appio Claudio, *deinde* Imperatori, *deinde* more majorum, *deinde*, quod caput est, amico? Idem de Inven. 2. c. 49. octies repetit *deinde*; ultimo vero loco adhibet *postremo*.

Ceterum ubi plura sunt membra, non semper *deinde* repetitur, sed vel *postea*, vel *inde*, vel *tum*, vel *post*, vel *mox*, vel *post hæc* subjiciuntur. Duo tamen postrema cæteris minus elegantia sunt.

2 *Deinceps* ex *dein*, & *capio* factum est, ordinemque significat. *Di mano in mano.* Cic. l. 2. ep. 18. Sed tamen tres summo loco natos te nolo habere iratos, quos video *deinceps* Tribunos plebis per triennium fore. *L' un dopo l' altro*. Id. 4. Tusc. 2. *Deinceps* qui accubarent, canerent ad tibiam. *Di mano in mano*. Id. 6. de Rep. c. 7. *Deinceps* accipere ab aliis, & tradere aliis. *L'un dall'altro per ordine ricevere, e così dare ad altri*.

3 Interdum usurpatur pro *Deinde*. *Conseguentemente*. Cic. 1. Off. 14. De justitia dictum est; *deinceps*, ut erat propositum, de liberalitate dicendum. Id. 4. Phil. 4. *Deinceps* laudatur provincia Gallia.

4 *Dein* pro *deinde* sæpe usurpatur. Cic. 2. de Nat. Deor. c. 42. *Dein* quæ sequntur. Id. in Brut. c. 93. *Dein* cum otiosus stilum prehenderat. Adde Liv. l. 6. c. 29.

CA-

CAPUT XLIV.

De Adverb. DEMUM, & DENIQUE.

1 DEmum idem eſt, quod *Tandem*, præſertim cum Interrogationi jungitur, & vim habet gravius inſtandi. Cic. 5. Tuſc. 37. Jam vero exilium quantum *demum* a perpetua peregrinatione differt? *Quanto differiſce mai*.

2 Cæteroqui uſurpatur pro *Denique*. Cic. At. l. 16. ep. 3. Nunc *demum* litteris tuis reſcribo. *Ora finalmente*.

3 *Denique* eſt *Ad extremum*, *&* aliquando hæc ſimul conjunguntur, & in ultima enumerationis parte locnm habent. Cic. poſt Red. ad Quir. c. 7. Primum vos docuit, &c. tum in perorando &c. *denique ad extremum*, &c.

4 Non raro adhibetur ante ultimam orationis partem. Cic. 2. Agr. c. 23. Omnes urbes, agri, regna *denique*, poſtremo etiam vectigalia veſtra venierint.

5 Aliquando poſt primum membrum, ubi tantum duo membra ſunt. Cic. pro Quint. c. 16. Hæc in homines alieniſſimos, *denique* inimiciſſimos, viri boni faciunt. Id. in Piſon. c. 20. Nemo bonus, nemo *denique* civis eſt.

6 Sæpe tamen uſurpatur pro *Demum*. Cic. 4. de Or. 77. His omnibus conſideratis, tum *denique* cogito, &c. Id. l. 9. ep. 14. Tantum acceſſit, ut nunc *denique* amare videar, ante dilexiſſe. Id. pro

Quin.

Quin. 31. Ne sexagesimo *denique* anno macula notetur.

CAPUT XLV.

De Adverbio DIU.

1 D*Iu* est *per longum tempus*. Cic. 1. Ver. 23. Quæ singulatim, ac *diu* collecta sunt, uno tempore universa perdamus. *Una ad una, e in lungo tempo.*

Diu cum tempore præsenti.

2 Cum actio adhuc durat, *Diu* cum præsenti tempore copulatur. Cic. 1. de Or. 31. Omnia jam ex ipso, quæ *diu cupio*, cognoscam. *Da gran tempo in quà. Gran tempo fa.*

Diu, multumque.

3 *Diu* sæpe jungitur cum *multum*, ut significetur & diuturnitas temporis, & assiduitas, vel attentio actionis. Cic. in Or. 1. Utrum, &c., *diù, multumque* dubitavit. Id. At. l. 4. ep. 13. Libri Oratorii *diu, multumque* in manibus fuerunt. Id. de Sen. c. 3. Cum *multum, diuque* vixeris. Id. pro Syl. 26. Hæc *diu multum*, multoque labore quæsita una eripuit hora.

Diu est, cum.

4 Aliquando vim nominis habet: Plaut. Merc. a. 3. sc. 1. Haud sane *diu est, cum* dentes exciderunt. *Non è gran tempo, che ec.*

CA-

CAPUT XLVI.

De Adverb. DONEC, DONICUM & DUM.

1 DOnec est *Quoad*. Plaut. Amph. 2. 1. Neque credebam primo mihimet: *donec* Sosia, &c. Ter. Adelph. 4. 6. Certum est obsidere usque, *donec* redierit. *Finchè*.

Raro usurpatur pro *Quamdiu*, vel *dum*. Ovid. 1. Trist. 8. *Donec* eris felix, multos numerabis amicos. Liv. l. 2. c. 24. Consul edixit, ne quis militis, *donec* in castris esset, bona possideret, aut venderet.

2 *Donicum* pro *Donec* obsoletum est. Invenitur tamen non solum apud Plautum, & Lucretium, sed etiam apud Nepotem in Hamil. c. 1. &c.

Dum pro *Donec*.

3 *Dum* interdum ponitur pro *Donec*, sive *Quoad*. Cic. pro Flac. 17. Qui valuit tamdiu, *dum* huc prodiret. *Sino a tanto che*. Id. pro Mil. 20. *Dum* Milo veniret, locum relinquere noluit Clodius.

Dum cum verbo *Expecto*.

4 *Dum* sæpe cum verbo *Expecto* jungitur. Cic. At. l. 7. ep. 1. *Expecta*, amabo te, *dum* Atticum conveniam. Id. l. 1. ep. 1. De Aufidio non puto te *expectare*, *dum* scribam. *Finchè*.

5 Cum hoc ipso verbo, & aliis ejusdem significationis conjungitur etiam *donec*, sed aliquanto rarius. Liv. l. 4. c. 13.

Quod

Quod expectassent, *donec* a præfecto annonæ tanta res ad Senatum deferretur.

Dum pro *Quandiu*.

6 Plerumque vero significat *Quamdiu*. Cicer. 1. de Leg. 1. *Dum* litteræ latinæ loquentur. Id. pro Rosc. Am. 43. *Dum* præsidia ulla fuerunt, in Syllæ præsidiis fuit. Id. ibid. 32. *Dum* hominum genus erit. *Mentre che. Per quanto. Sin che il Mondo durerà.*

Dum pro *Adhuc*.

7 Quoties *non*, aut *nihil*, aut *neque*, aut *vix* antecedit, *Dum* usurpatur pro *Adhuc*. Cic. l. 2. ep. 6. *Nondum* erat auditum te ad Italiam adventare. Id. l. 12. ep. 7. Et quamquam *nihil dum* audieramus, nec ubi esses, nec, &c. *Non avevamo ancor sentito. ec.* Id. pro Cluen. 27. Stalenum corruptum esse senserat, *neque dum* rem perfectam arbitrabatur. Id. At. l. 9. ep. 2. *Vix dum* epistolam tuam legeram, *quam*, &c.

8 Livius habet etiam frequenter *haud dum*, & *nullus dum*, l. 22. c. 12. Annibal constantiam Fabii *haud dum* expertus. l. 7. cap. 33. Fuga ab *nulla dum* parte erat. Huc referendum est illud Ciceronis ad Att. l. 13. ep 31. *Etiam dum* abes, hoc est *adhuc*.

Dum pro *Dummodo*.

9 *Dum* interdum pro *Dummodo* usurpatur. Cic. At. l. 6. ep. 1. Tu autem meministi, nos sic agere, ut, quot vellet præfecturas, sumeret, *dum* ne negotiatori. Id. At. l. 8. ep. 13. Ego, si cui adhuc

huc videor segnior fuisse, *dum ne tibi*; non laboro; idest, dummmodo non tibi. Id. 1. de Or. 22. Ista conditione, *dum* mihi liceat confiteri nescire, quod nesciam. *Purchè. Con questo patto, che.*

Dum cum *Usque*, & *Usque eo*.

10 Interdum cum, *usque* & *usque eo* jungitur. Cicer. 3. Ver. 5. Fateatur se hominem privatum prædonum duces vivos, *usque dum* per me licuerit, tenuisse. Id. 2. de Nat. Deor. 49. *Usque eo* premit earum capita mordicus, *dum* ille captum amittant. *Infin a tanto.*

Dum cum *Interea*, vel *interim*.

11 Alias cum *interea*. Ter. Eun. 3. 5. Hæc *dum* mecum reputo, accersitur *interea* virgo. Cicer. pro Quin. 6. Hæc *dum* Romæ geruntur, Quintius *interea*, &c. *Mentre che, fra tanto che*. Liv. l. 3. c. 23. *Dum* ad Antium hæc geruntur, *interim* Æqui, &c.

12 Aliquando *dum* quibusdam vocibus additum otiari videtur, sed tamen vim quandam & impetum significat imperantis, & exprobrantis. Hinc in sermone familiari apud Comicos præsertim, *Facito dum*, *ehodum*, & similia.

CAPUT XLVII.

De Adverbio DUMMODO.

1 DUmmodo conditionem significat: *Purchè*. Cic. At. l. 7. ep. 7. Quod nunquam, *dummodo* otiosi essent, recusarunt.

Dum-

Dummodo ne, dummodo nequid.

2 Cum conditio negans est, dicimus *Dummodo ne* potius, quam *Dummodo non.* Cic. 1, ad Qu. Fr. 1. Sit summa in jure dicendo severitas, *dummodo ne* ea varietur gratia. Id. l. 12. ep. 44. Idipsum scribas velim, te nihil habuisse, quod scriberes, *dummodo ne* his verbis. Id. l. 10. ep. 25. Veniendum censeo, *dummodo ne quid* hæc ambitiosa festinatio imminuat ejus gloriæ, quam consecuti sumus. *Purchè non.*

CAPUT XLVIII.

De Adverb. EATENUS.

Eatenus quoad, Eatenus ut, Eatenus ne.

1 EAtenus conflatum ex *Ea* & *Tenus* significat *Usque ad eum terminum*; Cic. de Opt. Gen. Or. c. 7. Verba persequens *eatenus, ut* non abhorreant a more nostro. *Fino a questo termine.* Id. 1. ad Qu. Fr. ep. 1. Quorum si quis esset sordidior, ferres *eatenus quoad* per se negligeret eas leges, quibus esset adstrictus. *Fin tanto che.*

Eatenus ne habet Suetonius in Tiber. c. 33. *Eatenus* interveniebat, *ne* quid perperam fieret.

Eatenus, quatenus.

2 *Eatenus, quatenus* habetur apud Jurisconsultos passim, & apud Celsum l. 2. c. 10. Ex ulterioribus locis *eatenus* sanguis sequitur, *quatenus* emittitur.

CAPVT XLIX.

De Adverbio ECCE, & EN.

1 Ecce sæpe repentinum quid ostendit, ac novum. Cic. Att. l. 8. ep. 8. *Ecce* subito litteræ Domitii ad illum. *Eccoti subitamente*. Id. Att. l. 7. ep. 23. *Ecce* postridie Cassii litteræ Capua a Lucretio familiari ejus.

Ecce autem.

2 Sæpe adsciscit *Autem*. Cicer. 7. Ver. 34. *Ecce autem* repente, ebrio Cleomene, dormientibus cæteris, nunciatur, piratarum naves adesse. *Ecco poi subitamente*. Id. 6. Ver. 66. *Ecce autem* nova turba, atque rixa. Id. pro Cluen. 5. *Ecce autem* subitum divortium. *Ed ecco*.

Ecce tibi.

3 Assumit interdum pronomen *Tibi* elegantiæ causa. Cicer. 2. Acad. 38. *Ecce tibi* ex adverso Lampsacenus Strato. Id. pro Cluen. 28. *Ecce tibi* ejusmodi sortitio, ut, &c. Id. Att. l. 2. ep. 15. Cum hæc maxime scriberem; *ecce tibi* Sebosus. *Eccoti*.

En irridentis.

4 *En* non solum demonstrantis est, sed interdum irridentis. Cic. 3. Ver. 37. *En*, cui tuos liberos committas. Id. pro Cluen. 65. *En* hoc illud est, quod ante dixi, mulier abundat audacia. Id. 3. Phil. 9. *En*, cur magister ejus ex Oratore arator factus sit. *Ecco per qual cagione*.

En Indignantis, aut miserantis.

5 Alias

5 Alias indignantis, aut miserantis. Cic. pro Dejot. 6. *En* crimen, *en* causa, cur regem fugitivus, dominum servus accuset. Id. pro Sext. 27. *En* cur cæteri Reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur. Id. 7. Ver. 47. *En* cur Tyndaritani libenter prædicent, Nos in septemdecim populis Siciliæ non eramus.

CAPUT L.

De Pronomine ECQUIS, & Adverb. ECQUANDO.

1 Ecquis ex conjunctione *Et* conflatum est; tamen non tam significat *Et quis*, quam *Num quis*. Plaut. Rud. 2. 3. *Ecquis* in villa est? *Evvi alcuno?* Cicer. 4. Acad. 26. *Ecquæ* poterit in agnoscendo esse distinctio? Id. 5. Verr. 57. *Ecquod* judicium Romæ tam dissolutum fore putasti? Id. 1. Catil. 8. *Ecquid* attendis? *ecquid* animadvertis horum silentium? *Ora osservi tu?*

2 Usurpatur etiam sine interrogatione. Cicer. 3. Verr. 24. Ut videant, & investigent, *ecqua* virgo, aut mulier sit. *Se vi sia alcuna.*

3 Adsciscit interdum *Nam* instandi causa. Cic. 10. Phil. 9. *Ecquodnam* principium putatis libertatis capessendæ?

Ecquando est *Nam aliquando*.

Cic. 4. Ver. 17. *Ecquando* te rationem factorum redditurum putasti? *Pensasti tu mai.*

CAPVT LI.

De Adverb. ETENIM, & ENIM

γάρ, καίγαρ

1 Enim, & *Etenim*, etsi æque reddunt rationem, usu tamen differunt: Namque *enim*, ut omnes norunt, post unum, aut alterum verbum collocatur; *etenim* apud Oratores fere semper initio ponitur. Utrumque autem continuat interdum orationem. Cic. 4. Ver. 33. Attendite *enim* diligenter. Id. 4. Ver. 69. *Etenim* rem totam breviter cognoscite.

Nec enim, Neque enim.

2 *Nec enim*, aut *neque enim*, pro *Non enim*, dici solet. Cicer. de Sen. 10. *Nec enim* unquam sum assensus veteri illi, laudatoque proverbio. Id. 1. de Nat. Deor. *Neque enim*, quod sentio, libet dicere. *Perchè non mi piace*.

CAPUT LII.

De Adverbio ENIMVERO.

1 *Enimvero* ex *enim*, & *Vero* factum vehementius affirmat, aut negat. Plau. Pers. 2. 2. Ain' vero, verbereum caput? *Pægu.* Ajo *enim vero*. Id. Amph. 2. 2. Tune te abiisse hinc negas? Amph. Nego *enimvero*. *Si, che il nego*. Cic. 6. Ver. 66. *Enimvero* negat.

Enimvero pro *Scilicet*. δηλαδή

2 Usurpatur interdum *Enimvero* pro *Scilicet*. *S' intende, ben sapete*. Cum res ni-

nimirum, de qua agitur, ita nota est, ut quivis per se eam intelligere possit. Cicer. 7. Ver. 39. Illi *enimvero* se ostendunt, quod vellet, esse facturos. Id. 5. Ver. 25. *Enimvero* is deridere, ac mirari. Id. 5. Ver. 6. Hic *enimvero* tu exclamas, hominem improbum! *So dire, che qui tu esclami.*

Enimvero indignantis.

3 Alias indignantis est. Cic. 3. Ver. 26. *Enimvero* hoc ferendum non est. *O questo no.* Id. 1. ad Qu. Fr. 1. *Enimvero*, si unus homo, &c. quanta tandem pecunia, &c.

Enimvero pro *Demum*.

4 Nonnunquam pro *Demum* usurpatur. Plaut. Capt. Nunc *enimvero* occidi. *Adesso sì, ch' io son rovinato.* Liv. l. 2. c. 36. Tunc *Enimvero* Deorum ira admonuit. *Allora sì.*

Enimvero pro *Nimirum*.

5 Aliquando pro *Nimirum*. Plau. Capt. Prol. *Enimvero* Dii nos, quasi pilas, homines habent. *In fatti.* Teren. And. 1. 3. *Enimvero*, Dave, locus non est segnitiæ.

CAPUT LIII.

De Adverb. EO, & EODEM.

1 Particula *Eo* proprie est adverbium loci, sibique adsciscit *quo*, *ubi*, *unde*, ipsumque aliquando genitivum *loci*. Quod non est opus exemplis confirmare.

Eo quo, pro *Tanto quanto*.

2 *Eo quo*, *Tanto quanto* vulgatissimum est. Cic. l. 11. ep. 11. Quarum rerum *eo* gravior est dolor, *quo* culpa major. Id.

pro Quint. 9. Unde *eo* plus opis aufer- ret, *quo* minus attulisset gratiæ.

Eo pro *ideo*.

3 *Eo* nonnunquam pro *ideo* ponitur: Cic. Fam. 6. ep. 21. Dederam triduo ante pueris Planci litteras ad te; *eo* nunc ero brevior.

Eo *quod*, Eo *quia*.

4 *Eo* *quod* & *eo* *quia* idem declarant quod *Propterea quia*. Cic. l. 3. ep. 6. Eo- *que* tardius scripsi ad te, *quod* quotidie te ipsum expectabam. *Per questo rispetto che*. Id. l. 12. ep. 5. Id autem *eo* facilius credebatur, *quia* simile vero videbatur.

Eo *quo* pro Eo *quod*.

5 Interdum *Eo* *quo* usurpatur pro *eo* *quod*. Cicer. l. 3. ep. 15. Neque hæc *eo* scribo, *quo* te meo casu non maximo dolore esse affectum sciam. Id. pro Quin. c. 2. Non *eo* dico, C. Aquili, *quo* mihi veniat in dubium tua fides, atque con- stantia. *Non lo dico, perchè*.

Eo *ut*, Eo *ne*, Eo *ut ne*.

6 Jungitur etiam nonnunquam cum *ut*, *ne*, vel *Ut ne*. Cic. l. 13. ep. 70. Hæc ad te *eo* pluribus scripsi, *ut* intelligeres me, &c. Ideſt, *propterea ut*. Id. pro Rab. c. 3. Suspicor *eo* semihoram mihi a La- bieno præstitutam esse, *ut ne* plura de pudicitia dicerem. *Per questo rispetto, per questa ragione. Acciocchè*. Id. At. l. 9. ep. 2. Hoc ego non *eo* vereor, *ne* mihi noceat.

Eo *usque dum*.

7 *Eo* *usque dum* non videtur admodum elegans. Sed quidam tamen loci sunt,

in

in quos percommode cadit, & ab optimis Scriptoribus adhibetur. Tacit. 4. Annal. 18. Beneficia *eo usque* læta sunt, *dum* videntur exsolvi posse. Colum.6. de R. R. 6. Concitate agitur pecus *eo usque dum* anhelet. Liv.lib.23.cap.19. Eo ne *usque dum* ea nascantur, ad Casilinum sessurus sum?

Eodem proprie.

8 E*odem* proprie est adverbium loci, & easdem adsciscit particulas quæ *eo* tribui solent.

9 Dicimus & *eodem loci* pro *eodem loco* Cic. ad Att. 1. ep. 10. Res *eodem loci* est, quo reliquisti.

10 *Eodem* interdum idem valet, atque *ad easdem res*. Cic. de Am. c. 18. Addendum *eodem* est, ut ne criminibus inferendis delectetur amicus.

CAPUT LIV.

De conjunct. EQUIDEM.

1 EQuidem idem videtur ac *ego quidem*. Itaque fere semper cum prima persona conjungitur. Cum cæteris adhiberi solet *quidem*. Cic. Fam. 12. ep. ult. Non dubitabam *equidem*. Id. de Som. Scip. c. 3. *Equidem* vim lacrymarum profudi.

2 Nonnunquam tamen cæteris etiam personis additur. Cic. de Fin.3. c. 2. Sic *equidem* diligentius ista loquemur inter nos. Perf. Sat. 1. Per me *equidem* sint omnia protinus alba.

CAPUT LV.

De Conjunct. ERGO. Ἀρα.

Ergò pro *Igitur* cum interrogatione.

1 ERgo (ut vulgatum usum omittamus) interdum usurpatur cum interrogatione pro *Igitur*. Cic. pro Quin. 2. Quid *ergo* est? primum magnitudo periculi, &c. Id. 4. Acad. 23. Num *ergo* is excæcat nos, aut orbat sensibus? Plau. Trin. 4. 2. Ipsus, inquam, Charmides sum. Sy. *Ergo* ipsus ne es? *Dunque sei tu desso?*

Ergo pro *Itaque*. ἄρα.

2 In principiis sæpe usurpatur pro *Itaque*. Cic. de Am. c. 13. *Ergo* hoc est animi bene constituti, &c. Liv. l. 4. c. 3. *Ergo*, dum nullum fastiditur genus, in quo eniteret virtus, crevit imperium Romanum. *E così mentre*.

Ergo pro *causa*. ἕνεκα.

3 *Ergo* in medio sumitur pro *causa* Cicer. At. l. 3. ep. 23. Si quid contra alias leges *ejus legis ergo* factum sit. *Per rispetto di quella legge*. Id. de Opt. Ge. Orat. c.7. Eum corona donari *virtutis ergo*, benevolentiæque. *Per suo valore, e amorevolezza*.

CAPUT LVI.

De Conjunctione ET.

Et pro *Et tamen* hortantis. ἀλλά.

1 COnjunctio *Et* in principiis comprehensionum mirificos usus habet. Sæpe

Sæpe declarat *Et tamen*, ac vim habet quasi exprobrandi simul & hortandi. Cic. pro Leg. Man. 14. *Et* quispiam dubitabit, quin huic tantum bellum transmittendum sit.? *Saravvi chi dubiti?* Virg. lib. 6. Æneid. *Et* dubitamus adhuc virtutem extendere factis?

Et, indignantis, εἶτα.

2 Alias indignationem designat. Cic. 1. Phil. 8. *Et* vos acta Cæsaris defenditis, qui leges ejus evertitis? εἶθ' ὑμεῖς. *E poi voi*. Id. 2. Phil. 43. *Et* tu in Cæsaris memoria diligens? Id. pro Sext. 37. *Et* causam dicit Sextius de vi? Cur ita? *E poi Sestio*.

Et quidem, *Et vero*, affirmantis. καὶ δή.

3 *Et quidem*, *Et vero* gravius affirmant. Cic. de Am. 21. Rarum genus: *Et quidem* omnia præclara rara. Id. ad Qu. Fr. l. 1. ep. 1. Tibi & fuit hoc semper facillimum, *& vero* esse debuit. *E in vero*.

Et quidem, amplificantis, καὶ δή.

4 Interdum *& quidem* vim habet augendi. Cic. 2. Phil. 17. Duo millia jugerum ei assignasti, *& quidem* immunia. Id. 2. de Div. 68. Alexander Draconem loquentem visus est audire, *& quidem* (quo majus sit) cum radiculam ore teneret, locutus est. Id. 2. Phil. 31. Me aspicis, *& quidem*, ut videris, iratus.

Et quidem pro *Quid mirum? Etiam*.

5 *Et quidem* ita aliquando collocatur, ut idem significet, ac si ejus loco legeretur, *quid mirum? Etiam*. Cicer. 1.

de nat. Deor. c. 28. Est vis tanta naturæ, ut homo nemo velit, nisi homini similis esse; *Et quidem* formica formicæ. Id. Phil. 11. c. 4. Cruciatus est a Dolabella Trebonius; *& quidem* a Carthaginiensibus Regulus.

Et, *nec*, vel *neque*.

6 Et iterari solet in distributione membrorum. Sæpe tamen assumit *nec*, vel *neque*. Cic. Phil. 13. c. 6. Intelligitis *&* animum ei præsto fuisse, *nec* consilium defuisse. Id. in Brut. cap. 4. Ego *&* expectabo ea, quæ polliceris, *neque* exigam nisi tuo commodo.

CAPUT LVII.

De Conjunctione ETIAM.

Etiam pro *Insuper*.

1 ETiam ex Et, & *Jam* conflatum esse apparet. Proinde conjunctio *Et* præponi ei non solet. Sed pro *& etiam* dicimus *Atque etiam*. Plerumque vim habet addendi. Cic. in Brut. 75. Voce, motu, forma *etiam* magnifica. Id. 7. Ver. 39. Credo & has tabulas nihil profuturas; *etiam* plus suspicionis in eo crimine futurum. *D' avvantaggio*. Id. in Brut. 76. Probabilis Orator? Jam vero *etiam* probatus.

Etiam redarguentis. ἔτι.

2 Nonnunquam vim habet redarguendi. Cic. Verr. 3. c. 60. Is mihi *etiam* queritur, se, &c. *E poi si lamenta*. Id. 2. Phil. 30. At *etiam* me aspicis; & quidem,

dem, ut videris, iratus. *E ancora mi guardi?*

Etiam, affirmantis.

3 Non raro vim habet affirmandi. Cicer. 4. Acad. 32. Aut *etiam*, aut non respondet. *Rispondè, sì, o no*. Id. pro Rosc. Com. 3. Utrum cætera nomina digesta habes, an non? Si non, quomodo tabulas conficis? Si *etiam*, quamobrem hoc nomen in adversariis relinquebas. *Se sì, per che causa*.

Etiam, atque etiam.

4 E*tiam, atque etiam* est *Iterum atque iterum*. Cic.ad Qu. Fr. l.1. ep. 1. Te prorsus vehementer *etiam, atque etiam* rogo. *Quanto so, e posso*. Id. pro Leg. Man. 19. *Etiam, atque etiam*, qui id liceat, considerabunt. Id. 1. Ver. 12. Tu, quemadmodum existimes, vide *etiam atque etiam*. *Ben bene. Molto bene*.

Etiam ne.

5. *Etiam ne* tum admirationi servit, tum etiam amplificationi. Plaut. Amphitr. 2. 2. Obsecro te, *etiam ne* hoc negabis, te, &c. Cic. At. l. 10. ep. 13. *Etiam ne* Balbus in Senatum venire cogitet? *E possibile?* Id. 5. Ver. 98. *Etiam ne* frumentum pro empto gratis dare?

Etiam num, etiam nunc, pro *Adhuc*, Quod Barbari dicunt *Usque nunc*.

6 *Etiam num*, sive *etiam nunc* pro *adhuc* usurpari solet. Cic. l. 8. ep. 20. Si ulla ratione *etiam nunc* efficere potes, ut te explices. Id pro Rosc. Am. 52. Salvi *etiam nunc* esse possumus. *Fin' ad ora*.

Teren. Eun. 2. 2. *Etiam nunc* hic ſtas Parmeno? *Ancora ſtai quì*.

Etiam tum pro Etiam tunc, ſive ut barbari *Uſque tunc*.

7 *Etiam tum* pro *etiam tunc* dici ſolet. Ter. Hec. 1. 2. Narratque, ut virgo ab ſe integra *etiam tum* fiet. *Fino allora*. Cic. 2. de Or. 3. Cum *etiam tum* in lecto Craſſus eſſet. Id. ibid. c. 22. Omnes *Etiam tum* retinebant illum Periclis ſuccum.

Etiamſi, abſolute:

8 *Etiamſi* vim habet augendi. Cic. de Am. 27. Omnia brevia tolerabilia eſſe debent; *Etiamſi* maxima ſint. *Per grandi che ſiano*.

Etiamſi, pro Etſi, cum *Tamen*, aut *certe*, &c.

9 *Etiamſi* pro *Etsi* uſitatum eſt. Cic. l. 1. ep. 9. *Etiamſi* non is eſſet, qui eſt; *tamen* ornandus videretur. Id. de Opt. Gen. Or. 2. *Etiamsi* eſt in genere tolerabili, *certe* non eſt in optimo. *Ancorchè, Ancorchè ſia*. Id. de Am. 27. Quæ *tamen* ipſa efflorescit ex amicitia, *etiamſi* tu eam minus ſecutus ſis. *Poſto che, ancorchè*.

10 *Etiamſi* nonnunquam diſſolvitur, aliis vocibus interjectis. Cicer. de Orat. 1. c. 33. *Etiam* ſubito *ſi* dicat, tamen &c. Id. ad Att. 8. ep. 2. Ut *etiam* Italia *ſi* ille cedat, cedendum putes.

CAPUT LVIII.

De Conjunctione ETSI.

κἂν, εἰ καὶ.

Etsi cum *Tamen*, *At*, *Attamen*.

Etsi non solum *Tamen* adsciscit, sed interdum *At*, vel *Attamen*: Cic. l.6. ep. 19. Etsi abest maturitas ætatis; jam *tamen* personare aures ejusmodi vocibus non est inutile. Id. in Orat. 44. Etsi id fugerit magister ejus Isocrates; *at* non Thucydides. Id. 3. de Or. 4. Etsi nequaquam parem illius ingenio; *at* pro nostro *tamen* studio meritam gratiam, debitamque referamus.

Etsi cum *Sed*, *sed tamen*, *Verumtamen*.

2 Etsi jungitur interdum cum, *Sed*, *Sed tamen*, *Verumtamen*. Cicer. lib. 9. ep. 16. Etsi posuisti loco versus Accianos; *sed* quæ est invidia? *Se bene*. Id. l. 15. ep. 17. Etsi me quidem non offendunt, *sed tamen*, cum discedunt, flagitant litteras. *Benchè quanto a me*. Id. l. 13. ep. 42. Suaves tuas litteras *etsi* acerba pompa; *verumtamen* scire omnia non acerbum est.

Etsi, sine *Tamen*, *καὶ τοι*. *Benchè*.

3 Cic. l. 6. ep. 4. Etsi idipsum nonnullis videatur secus. *Benchè questo stesso*. Id. At. l. 7. ep. 3. Coram considerabimus, quale sit; habet enim res deliberationem Etsi ex parte magna tibi assentior. Id. At. lib. 9. ep. 12. Do pœnas temeritatis meæ; Etsi quæ fuit illa temeritas?

CA-

CAPUT LIX.

De Præpositione E, vel EX.

E, vel *Ex*, causa, a qua, vel propter quam res est.

1 E, vel Ex causam sæpe declarat efficientem. Teren. And. 1. 3. Gravida *e Pamphilo*. Cic. l. 6. ep. 21. Quando igitur tum *ex me* doluisti: nunc, ut duplicetur tuum *ex me* gaudium, præstabo. *Per conto mio*.

2 Huc referenda sunt etiam illa: *Ex lege, ex decreto, ex testamento, ex formula*. *Per vigore della legge, del decreto, del testamento*.

E, vel *ex*, materiæ copulata.

3 Sæpe materiam designat. Cicer. 6. Ver. 27. Erat etiam vas vinarium *ex una gemma* prægrandi, trulla excavata. *D' una sola pietra preziosa*. Id. 6. Ver. 33. Simulacrum *ex ære*, poculum *ex auro*.

E, & *ex* parti juncta.

4 Interdum parti adhibetur. Cic. 2. Tusc. 25. Laborat *e renibus*. Id. l. 9. ep. 23. Laborare *ex pedibus*. Item *Ex oculis*, *ex capite*, &c.

E, & *ex* ad multitudinem, aut numerum relata.

5 Non raro ad multitudinem, aut numerum refertur. Cic. 2. Phil. 3. Tibi *ex latronibus* suis detulit principatum. *Fra i suoi, de' suoi*. Id. 1. de Or. 37. Homo *ex numero* disertorum postulabat, &c. Id l. 13. ep. 3. *Ex intimis* unus.

Item

6 Item illa, *Unus e plebe: Unus e multis, vel ex multis: Unus ex omnibus*.

E, & *ex*, modus.

7 Alias modum declarant. Cic. 1. Off. 30. Simplices, & aperti, qui nihil *ex occulto*, nihil *ex insidiis* agendum putant. *Di nascosto, per inganni*. Id. pro Cluent. 16. Cum multi boni viri *ex occulto* intervenissent. Id. 3. Ver. 43. Voluisti *ex improviso*, si quae res natae essent, ex urbano edicto decernere. *All' improviso, Alla sprovvista. Di subito*. Liv. lib. 28. cap. 39. Ex *insperato*, repente misistis nobis hunc Scipionem. *Quando manco si sperava*.

Huc referenda sunt illa Caesaris, ac Livii: *Ex consuetudine, e vestigio, ex industria, ex inopinato, ex composito, ex supervacuo*, & similia.

E, & *ex* pro *Secundum*, κατά.

8 E, & *ex* aliquando ponitur pro *Secundum*. *Conforme*. Cic. 5. Fin. 17. Hunc statum corporis maxime expetit natura, qui est *e natura* maxime. *Conforme alla natura*. Id. 2. Phil. Nihil nisi *ex optimo more*, & sanctissima disciplina. Id. 5. Tusc. 2. *Ex praeceptis* Philosophiae acta vita. *Secondo i precetti*. Item illa, *ex constitutione, ex instituto, ex voluntate* Caesaris.

Ex animo, ex sententia. Di cuore.

9 *Ex animo* simulationi opponitur. Cic. in Pis. 33. Equidem dicam *ex animo*, quod sentio. Id. ad Qu. Fr. l. 1. ep. 1. Te autem alienum hominem ament *ex animo*. *Di cuore*.

10 Ex

10 *Ex sententia* idem est, quod ex *voluntate*, id est, ut volumus. Plaut. Men. 2. 2. Bene obsonavi, & *ex mea sententia. A gusto mio*. Ter. Hec. 5. 4. Spero, hanc rem eventuram nobis *ex sententia*. Cic. At. 5. ep 22. Te *ex sententia* navigasse gaudeo. *Secondo il desiderio tuo*.

E, vel Ex loco juncta.

11 Sæpissime *E* vel Ex loco serviunt. Cic. 1. de Nat. Deor. 21. E picureos tecum paucos *e Græcia* compararet. Sed exempla passim occurrunt.

E, vel Ex tempori juncta.

12 Ex sæpe ad tempus præteritum accomodatur. Cicer. 1. Phil. 1. Nec vero usquam discedebam *ex eo die*, quo in Ædem Telluris convocati sumus. Id. 3. Ver. 12. *Ex ea die* ad hanc diem, quæ fecisti, in judicium voco. *Da quel tempo in qua*. Alias ad futurum. Cic. l. 16. ep. 9. Vereor ne *ex Kalendis* Januariis magni tumultus sint.

13 Dicimus & Ex *quo* absolute hoc est *ex quo tempore*. Liv. l. 3. c. 24. *Ex quo* semel fuerit æger, nunquam visum in publico.

Ex *intervallo*.

14 Ex *intervallo*, tum ad locum, tum ad tempus refertur. Liv. l. 28. c. 44. Multa, quæ *ex intervallo* non apparent, bellum aperit. *Per lo spazio di mezzo*. Cic. At. 4. ep. 16. Ille Latinus Ἀττικισμὸς *ex intervallo* regustandus est. *Di quando in quando*.

15 Ejusdem generis est *ex tempore*. Cic. 2. de

5. de Orat. c. 60. Illud egregium Sestii, & ex *tempore*: Manus lava, inquit, & cœna. *Senza pensarci*.

Ex pro *Post*.

16 Aliquando usurpatur pro *Post*. Cic. pro Sext. c. 1. Si quis antea mirabatur, &c. *ex hoc tempore* miretur potius. ἐκ τῶ νῦν. *Da questo tempo in poi*. *Da ora innanzi*. *Da ora in poi*. Id. in Brut. 92. Cotta *ex Consulatu* profectus est in Galliam. *Dopo il Consolato*.

Ex ad priorem statum.

17 Nonnunquam ad priorem statum, aut conditionem refertur. Teren. And. 1. 1. *Ex servo* Libertus. *Di servo*. Cic. Partit. 16. Nihil tam miserabile, quam *ex beato* miser. Id. 1. Ver. 17. Sed repente *ex homine*, tamquam aliquo circæo poculo, factus est verres. Id. 3. Phil. 9. Cur *ex Oratore* arator factus sit.

E, vel Ex, Ad utilitatem. κατά.

18 Interdum designat utilitam. Cic. 3. Phil. 12. Duobus, aut tribus senatus consultis *e Rep.* factis. κατὰ τὴν πόλιν. *In favore*, *In utile*. Id. ad Brut. ep. 2. Facis *ex tua dignitate*, & *e Republica*. *Tu fai per la riputazion tua*, *e per la Repub*. Id. At. 5. ep. 8. Statues, ut *ex fide*, *fama*, *reque mea* videbitur. Id. lib. 5. ep. 8. Statues *ex nostra dignitate*. *In onor nostro*.

CAPUT LX.

De Adverbio EXTRA : ἔξω.

1 EXtra contrarium habet *Intra*. Cic. 5. Tusc. Sola ne beata vita relin-

qui-

quitur *extra* ostium, limenque cerceris. *Fuor della porta, e della soglia*. Id. 2. de Nat. Deor. 59. Sensibus, & animo ea, quæ *extra* sunt, percipimus.

2 Illa translata. Cicer. de Un. Se *extra* omnem culpam, & causam posuit. Id. pro Syl. 13. *Extra* conjurationem hunc esse dixisset. Id. 1. Off. 39. Ne *extra* modum sumptu, & magnificentia prodeas. *Passi i termini*. Id. l. 7. ep. 16. Sed mehercule *extra* jocum homo bellus est. *Senza burla*. Id. pro Dejot. *Extra* ordinem bellum cum Mithridate, Tigraneque gessit. *Per privilegio particolare*. Id. 1. Ver. 12. *Extra* hanc contentionem, certamenque nostrum, familiariter tecum loquar.

Extra pro *Præter*.

3 Non raro usurpatur pro *Præter*. Cic. 2. de Leg. 12. *Extra* collegium Sacerdotum, ne quisquam sacra, quæ publice essent constituta, nosset. *Dal Collegio de' Sacerdoti in fuori*. Id. l. 7. ep. 3. *Extra* Ducem, paucosque præterea. *Dal Capitano in fuori*. Id. pro Dom. 41. Civis est nemo in tanto populo, *extra* contaminatam illam P. Clodii manum, qui, &c. *Fuor di quella, &c.*

CAPUT LXI.

De Adverbio EXTRINSECUS.

1 EXtrinsecus adverbium, contrarium habet *intrinsecus*. Cic. 2. de Nat. Deor. 54. Pulmones, & cor *extrin-*

trinsecus spiritum ducunt. *Di fuori*. Id. 1. Div. 24. Cum Annibal columnam auream vellet auferre, dubitavit, utrum ea solida esset, an *extrinsecus* inaurata. *Di fuora via*. Cels. l. 4. c. 1. Jecur *intrinsecus* cavum, *extrinsecus* gibbum.

Admonitio.

2 Cave ne duo hæc adverbia, ut barbari quidam solent, in nominum naturam transferas, & per casus ac genera declines.

CAPUT LXII.

De Adverbio FACILE.

1 F*Acile* (ut vulgatam ejus significationem taceamus) interdum usurpatur pro *Sine controversia*. *Senza alcun dubbio*. Cic. pro Rosc. Am. 6. Non solum sui municipii, sed etiam illius vicinitatis *facile* primus. Id. 2. Div. 42. Eudoxus Platonis auditor, in Astrologia judicio doctissimorum hominum *facile* princeps. *Senza contraddizione*.

Facile cum superlativo.

2 Jungitur etiam cum superlativo. Cic. pro Rab. Posth. 9. Virum unum totius Græciæ *facile doctissimum* Platonem. Id. 1. Tusc. 33. Africani fratris nepos vita omnium perditorum ita similis, ut esset *facile deterrimus*.

CAPUT LXIII.

De Adverb. FERE, & FERME.

1 F*Ere*, ac *Ferme* imminuunt nonnihil rem, aut numerum. Cic. 1. Off. 18.

Que-

Quemadmodum ducatur honestum, satis *fere* dixi. Id. in Brut. 43. Ut ei nihil *ferme* quispiam possit addere. *Quasi niente*. Id. l. 6. ep. 10. Omnes *fere* familiares Cæsaris me colunt. *Quasi tutti*. *Si può dir tutti*. Id. l. 7. ep. 16. Hora *fere* nona.

2 Interdum *Fere* videtur aliquid addere. Cic. 3. de Nat. Deor. 39. Hæc *fere* habui dicere de natura Deorum. *Poco più, o manco*. Id. l. 12. ep. 5. Hæc erant *fere*, quæ tibi nota esse vellem; Significat enim pauca quædam præterea fuisse.

Fere, & *Ferme* pro *Plerumque*.

ὡς ἐπιτοπολὺ.

3 Alias usurpantur pro *plerumque*. Cic. pro Leg. Man. 9. Hoc jam *fere* sic fieri solere accepimus. *Per lo più*, *Per l'ordinario*. Id. 5. Tusc. 38. Sapientis enim cogitatio non *ferme* ad investigandum adhibet oculos advocatos. Id. 1. Tusc. 17. Pythagoræi rationem sententiæ suæ non *fere* reddebant. Ubi adverte, negationem tenere primum locum, quoties cum his particulis conjungitur.

CAPUT LXIV.

De Adverb. FORTE, & FORTASSE. Τάχα.

1 Forte, & *Fortasse*, non tam origine, quam significatione, & usu differunt; *Forte* enim idem est, quod *Casu*. Cic. 2. de Or. 55. *Forte* evenit, ut in Privernati essemus. Id. pro Planc. 26. Cum Puteolos *forte* venissem. *A caso*; *A sorte*.

Fortasse (idem de *fortassis*, & *forsitan* dicendum est) dubitationem continet. Cic. l. 7. ep. 3. Habes epistolam verbosiorem *fortasse*, quam velles. *Forse, per avventura*.

Si forte, *Nisi forte*, *Ne forte*, *Sin forte*.

2 Quoties antecedit *Si*, *Sin*, *Nisi*, vel *Ne*, *Forte* dicitur, non *Fortasse*, neque *Forsitan*. Cic. 1. Ver. 1. *Si* quis vestrum Jud. aut eorum, qui adsunt, *forte* miratur. Id. pro Mil. 7. *Nisi forte* magis erit parricida, si quis consularem patrem, quam si quis humilem necaverit. Id. 2. de Or. 46. *Ne forte* hoc magnum, ac mirabile videatur. Id. l. 12. ep. 10. *Sin* quid *forte* titubatum est.

Admonitio.

3 *Si fortasse*, *Si fortassis*, *Si forsitan*. Item *Nisi fortasse*, *Nisi fortassis*, *Nisi forsitan*. *Ne fortasse*, *ne fortassis*, *ne forsitan*, vitiosa censentur; nisi quando multa verba interponantur.

Forsitan, & *Fortasse*, anteoccupant.

4 *Forsitan*, & *Fortasse* nonnunquam anteoccupationi serviunt. Cic. 2. de Or. *Forsitan* quispiam dixerit, num ne igitur, &c. Id. pro Rosc. Am. 2. *Forsitan* quæratis, &c. Id. 1. Ver. 12. *Fortasse* dices, quid ergo? hæc in te sunt omnia.

Admonitio.

5 Quoties accedit interrogatio, non solet usurpari *Forte*, aut *Fortasse*, aut *Forsitan*, sed AN, vel NE, *An* credis? Credis *ne*? *Credi tu forse*?

CA-

CAPUT LXV.

De Adverb. HACTENUS.

1 HActenus ex *Hac*, & *Tenus* factum, usque ad hunc locum, seu terminum significat. Virg. 6. Æn. v. 62. *Hac* Trojana *tenus* fuerit fortuna secuta. *Insin quì*.

2 Plerumque usurpatur per translationem, *usque ad hunc locum carminis, vel orationis*. Vir. 2. Geor. v. 1. *Hactenus* arvorum cultus, & sydera cœli, Nunc te, Bacche, canam. Cic. de Am. 7. *Hactenus* mihi videor, de amicitia, quid sentirem, potuisse dicere. *Fin qui*. Id. l. 6. ep. 2. Sed hæc *hactenus*. *Ma questo basti*. Id. At. l. 11. ep. 4. *Hactenus* fuit, quod a me scribi posset. *Quest' è quel tanto, che si potea scriver da me*.

Hactenus ut, *Quoad*, *Quod*, *Ne*.

3 Interdum adsciscit *Ut*, *Quoad*, *Quod*, *Ne*. Cic. 2. de Or. 27. Hæc artem & præcepta dumtaxat *hactenus* requirunt, *ut* certis dicendi luminibus ornentur. *Fino a questo termine. Per questo, e non per altro.* *Hactenus* existimo nostram consolationem recte adhibitam esse, *quoad* certior ab homine amicissimo fieres his de rebus. Id. 1. de Nat. Deor. 10. Nunc autem *hactenus* admirabor eorum tarditatem, &c. *quod* ea forma ullam neget esse pulchriorem Plato. Id. At. 5. ep. 4. Etiam ne hic mihi curandus est? Curandus autem? *Hactenus ne* quid ad Senatum.

Admonitio.

4 Cum *Usque ad hoc tempus* significatur, non solet *Hactenus* usurpari, sed *Adhuc*. Itaque *Hactenus* adverbium ordinis dicitur, *Adhuc* temporis. Aliquando tamen *Hactenus* de tempore usurpatum est. Liv. l. 7. c. 26. *Hactenus* quietæ utrinque stationes fuere.

CAPUT LXVI.

De Adverb. HAUD.

Haud, Haudquaquam, Haud sane.

1 Haud idem est, quod *Non*. Cicer. pro Cluent. 60. *Haud* hæres est Cluentius.

2 *Haud* si adsciscat *Quaquam*, aut *Sane*, vehementius negat. Cic. 2. de Or. 33. *Haudquaquam* id est difficile Crasso. *Non è punto difficile*. Id. 1. de Or. 9. Quorum pater homo prudens & gravis *haudquaquam* eloquens, saluti Reip. fuit. Id. de Sen. 2. Rem *haud sane* difficilem admirari videmini. *Non punto difficile*. Id. 3. Tusc. *Haud* erat *sane*, quod quisquam ratione, ac doctrina requireret. *Non accadeva per certo*.

Haud scio an pro *Fortasse*.

3 *Haud scio an* usurpatur pro *Fortasse*, cum verecunde aliquid, quod dubium esse posset, affirmare volumus. Cicer. 2. de Nat. Deor. 4. Vir sapientissimus, atque *haud scio, an* omnium præstantissimus. Id. l. 9. ep. 15. Est id quidem magnum, atque *haud scio, an* maximum;

Ali-

Aliquando pro *fortasse non*. Cic. 1. Off. c. 11. *Haud scio, an* satis sit, eum, qui lacessierit, injuriæ pœnitere.

Haud paulo pro *Multo*.

4 *Haud paulo* idem est, quod *Multo*. Cicer. lib. 7. ep. 1. Næ tu *haud paulo* plus, quam quisquam nostrum delectationis habuisti. Id. At. 2. ep. 6. Civis *haud paulo* melior, quam isti nostri.

CAPUT LXVII.

De Interjectione HEUS.

Heus tu, expostulantis.

1 HEus *tu*, etsi proprie vocantis est, tamen interdum est expostulantis, aut reprehendentis, aut vehementius aliquid commonentis, aut declarantis. Cic. ad Qu. Fr. lib. 2. ep. 6. Sed *heus tu*, celari videor a te. *O là, che cosa è questa?* Id. lib. 16. ep. 17. Sed *heus tu*, qui κανὼν esse meorum] scriptorum soles. Id. Att. 1. ep. 12. Sed *heus tu*, vides ne consulatum illum nostrum, quem, &c. *O là, senti quì. Non vedi tu?*

CAPUT LXVIII.

De Adverbio HIC.

Hic pro *Cum ita res se habeat*.

1 HIc etsi proprie adverbium est loci, tamen per translationem ad res alias accommodatur; ac sæpe significat,

ficat; *Cum ita se res habeat* : *Cum res eo loco sit*. Cic. 4. Ver. 44. *Hic* vos dubitatis, Judices tantam istius audaciam, tantam crudelitatem, tantam injuriam vindicare. Id. 8. Phil. 4. *Hic* mihi etiam Qu. Fusius vir fortis, ac strenuus, amicus meus, pacis commoda commemorat. Id. pro Leg. Man. 13. *Hic* miramur tantum hunc hominem tantum excellere cæteris. *Passando così le cose*.

Hic, *Hic jam*, pro *Nunc*.

2 Nonnumquam ponitur pro *nunc*, præsertim cum *Jam* asciscitur. Cic. pro Sex. 5. *Hic* ego quid prædicem, quibus hic Consulem ad rem gerendam excitarit? Id. pro Leg. Man. 9. *Hic jam* plura non dicam; fuit enim illud extremum. Id. pro Sext. 36. *Hic jam* de ipso accusatore quæro. *Ora io domando all' istesso*.

Hic, *Hic tum*, pro *Tunc*.

3 Interdum usurpatur pro *Tunc*; nimirum cum ad tempus præteritum, vel futurum refertur. Cic. 5. Ver. 28. *Hic* illi flentes rogare, atque orare cœperunt, ut &c. *All' ora*. *In questo*. Id. 2. Acad. 4. *Hic* Catulus, etsi heri, inquit, &c. Id. pro Cluen. 20. *Hic tum* Fabritius non modo ad me meos vicinos, & amicos non adduxit. Id. de Rep. 2. *Hic* tu, Africane, ostendas oportebit patriæ lumen animi tui.

Hic etiam, indignantis.

4 *Hic etiam* indignationem designat. Cicer. 3. Ver. 57. *Hic etiam* priore actione Q. Hortensius pupillum Junium venisse prætextatum questus est. *E poi si lamenta*

Hoc, *quo*, pro *Eo*, *quo*; seu *Tanto*, *quanto*.

5 *Hoc*, *quo*, pro *Tanto*, *quanto* usitatum est cum duobus comparativis. Cic. At. 13. ep. 35. *Hoc* audio libentius, *quo* sæpius. Id. lib. 10. ep. 9. Certe *hoc* majus est testimonium amoris mei, *quo* maturius tibi, quam cæteris nunciavi. *Tanto maggiore, quanto, ec.*

Hoc, *quod*; *Hoc*, *quia*; pro *Eo*, *quod*; *Eo*, *quia*.

6 *Hoc*, *quod*, & *Hoc*, *quia*, pro *Eo*, *quod*; *Eo*, *quia* eleganter usurpantur, cum intercedit comparativum. Cic. At. 8. ep. 8. Consilio vestro utar libenter, & *hoc* libentius, *quod*, &c. Id. pro Flac. *Hoc* vehementius lætor, *quod* ex ipso Mессinio, &c. Id. 1. de or. 3. Quod *hoc* etiam admirabilius videri debet, *quia* cæterarum artium studia, &c.

CAPUT LXIX.

De Adverbio HINC ἐντεῦθεν.

HInc proprie de loco dicitur, sed ad alias res transfertur. Cic. 2. Agr. 34. Nos autem, *hinc* Roma qui veneramus, jam non hospites, sed peregrini, & advenæ numerabamur. *Di qua, da Roma*. Id. 1. Tusc. 13. *Hinc* a nobis in cœlum profecti reperiuntur. Id. 3. Fin. 14. Via, quæ est *hinc* in Indiam. *Di qua all' India*.

2 Hæc inquam proprie dicta; Illa translata. Cic. pro Flac. 23. *Hinc* omne odium, *hinc* omnis offensio. Id. 3. Off. 8.

Hinc

Hinc ſicæ, *hinc* venena, *hinc* falſa teſtamenta naſcuntur, *hinc* expilationes, direptioneſque ſociorum.

Hinc, & *illinc*, pro *Hinc*, *Inde*.

3 *Hinc*, & *illinc*, pro *Hinc*, *inde*, eleganter dicitur. Plaut. Monſt. 3. 1. *Hinc*, & *illinc* exhibent mihi negotium. *Di qua, e di lì*. Cic. de Un. 14. Id. fit, cum ſpeculorum levitas *hinc*, *illincque* altitudinem aſſumpſit. Liv. l. 32. c. 10. Multis *hinc*, atque *illinc* vulneribus acceptis. Hinc, illinc. Lucretius. l. 5. 879.

Admonitio.

4 *Hinc*, & *hinc* poeticum magis, quam oratorium eſt. Virg. 1. Æn. *Hinc*, atque *hinc* vaſtæ rupes.

Hinc inde minime uſitata ſunt apud bonos Latinitatis auctores. Habentur tamen apud Suetonium in Ner. c. 27. & 49. Apud Tacit. 4. hiſt. c. 62. Apud Pallad. ſæpe.

CAPUT LXX.

De Adverb. HAC, ILLAC, & cognatis.

Hac illac.

HAc *illac* circumcurſa, inveniendum eſt tamen argentum. Ter. in Heaut. a. 3. ſc. 2. *Per qua, per là*.

Huc, illuc.

2 Cic. At. 9. ep. 11. Ne forte aut abſim, cum veniet, aut curſem *huc illuc* deterrima via. Id. 1. de or. 40. Erectum, & celſum *huc* atque *illuc* intueri. Id. 1. Off.

Off. 28. *Huc*, & *illuc* homines rapit; *Quà, e là*.

Huc, *ut*. *Huccine*, *ut*.

3 H*uc* proprie significat *ad hunc locum*, sed interdum per metaphoram usurpatur. Cic. 2. Catil. 2. Rem *huc* deduxit, *ut*, &c. *Ridusse la cosa a termine*, *che*. Interdum *Huccine* dicimus, cum interrogamus per indignationem. Cicer. 7. Ver. 69. H*uccine* omnia reciderunt, *ut* civis Romanus in provincia Populi Romani, deligatus in foro virgis cæderetur? *E' possibile? A questo termine sono ridotte le cose?*

Hiccine, *Hæccine*, *Hoccine*.

4 H*iccine*, *hæccine*, *hoccine* admirationem fere continent, aut indignationem. Cic. 3. Tusc. 18. H*iccine* est Telamon ille, modo quem gloria ad cœlum extulit? In pro Mil. 38. H*iccine* vir patriæ natus usquam nisi in patria morietur? *Sarà mai questo*; *Dunque sia mai?* Toren. And. a. 4. sc. 1. H*occine* credibile est, aut memorabile?

CAPUT LXXI.

De Conjunctione JAM.

Jam, & *Jam vero* transitioni juncta.

1 J*Am*, & *Jam vero* sæpe transitioni serviunt. Cicer. pro Leg. Man. 14. *Jam* quantum consilio, quantum dicendi gravitate, & copia valeat, vos sæpius cognovistis. Id. ibid. *Jam vero* ita faciles adi-

aditus ad eum privatorum, ita liberæ querimoniæ de aliorum injuriis esse dicuntur, *Ora poi, in oltre*.

Jam porro:

2. *Jam porro* idem valet. Cic. pro Rosc. Am. c. 40. Videte *jam porro* cætera judices.

Jam a, *Jam ab*, præterito tempori juncta.

3 *Jam* tempori præterito junctum, sæpe propositioni *A*, vel *Ab*, copulatur. Cic. l. 1. ep. 9. Musæ me *jam a* prima adolescentia *delectarunt*. Id. l. 2. ep. 16. *Jam ab illo* tempore cum in Cumanum mihi obviam *venisti*. *Fin da quel tempo, che*. Hinc *jam a principio*. *Fin da principio*.

Jam cum.

4 *Jam* quoties tempus declarat, *Cum* libenter adsciscit. Cæs. lib. 6. Bel. Gal. cap. 7. *Jamque* ab eo non longius bidui via aberat, *cum* duas venisse legiones jussu Cæsaris cognoscunt.

Jam nunc, pro *Jam ex hoc tempore*.

5 *Jam nunc* pro *Jam ex hoc tempore*, seu pro eo, quod barbari dicunt *Ex nunc*, elegantissime dicitur. Cic. 1. Ver. 13. Quæ cum cogito, *jam nunc* timeo. *Fin da ora*. Id. At. 1. ep. 6. *Jam nunc* admodum me delectant. Id. 1. Ver. 13. *Jam nunc* mente, & cogitatione perspicio, quæ tum studia hominum, qui concursus futuri sint.

Jam tum, pro *Jam ex eo tempore*.

6 *Jam tum* est, quod barbari dicunt *ex tunc*. Cic. pro Cluen. 38. Qui omnes in judiciis publicis *jam tum* floruerunt. Id.

pro Arch. 12. Ita se *jam tum* gessisse pro cive. *Fin dall' ora*.

Jam tum, cum.

7 *Jam tum* sæpe assumit *Cum*. Cic. l. 13. ep. 17. Ejus libertum Apollonium *jam tum* equidem, *cum* ille viveret, & magni faciebam, & probabam. Id. l. 1. ep. 9. Jactat ea, quæ *jam tum*, *cum* aderas, offendere ejus animum intelligebam. *Fino da quando tu eri presente*.

Jam ante, *Jam antea*.

8 *Jam* cum *ante* sæpe conjungitur. Cic. At. l. 7. ep. 4. Id. mihi *jam ante* erat notum. Id. lib. 3. ep. 10. Ejus sermo erat *jam antea* ad me perscriptus.

Jamdiu præterito tempori junctum.

9 *Jamdiu* plerumque præterito tempori adjungitur. Cicer. lib. 2. ep. 14. Nam *jamdiu* propter hyemis magnitudinem nihil novi ad nos *afferebatur*. Id. At. l. 1. ep. 16. Conventus, qui initio celebrabantur, *jamdiu* fieri *desierunt*. *Un gran tempo fa*. *Gran tempo è, che*.

Jamdiu præsenti tempori copulatum.

10 Quoties actio adhuc durat, *Jamdiu* præsenti tempori jungitur. Cic. 6. Ver. 47. Per eos ipsos Deos de quorum religione *jamdiu dicimus*. Id. l. 15. ep. 14. Ut te, quem *jamdiu* plurimi *facio*, tanto intervallo viderem. Id. 1. Ver. 8. *Jamdiu flagitat*. *E' gran tempo che*. Id. 1. Acad. *Jamdiu* hæc *tractantur* a Græcis.

Admonitio.

11 *Jamdiu* cum *est quod* conjungi non solet. Itaque pro *Jamdiu est*, *quod studet*,

det, aut *quod venit*, dicendum est: *Jamdiu studet*, *Jamdiu venit*. *E' gran tempo, che studia*. *E' molto, che venne*.

Habet Plautus in Amphitr. a. 1. sc. 1. Agite pugni: *jamdiu est*, *quod* ventri victum non datis. Sed noli imitari.

Jamdudum, & *Jampridem*.

12 *Jamdudum* longius spatium designat, quam *Dudum*, & *Jampridem* quam *Pridem*. Similiter ut *Jamdiu*, quam *diu*. Atque etiam hæc, item ut *Jamdiu*, & ad præsens tempus, & ad præteritum accomodantur. Cic. 2. de Or. 7. Quem *jamdudum* Cotta, & Sulpitius *expectant*. Id. de Am. 22. Ea, quam *jamdudum tractabamus*, stabilitas amicitiæ. *Già un gran pezzo*: Id. pro Marc. 9. Quæ miretur, *jampridem* multa *habet*, nunc etiam quæ laudet, expectat. Id. At. lib. 2. ep. 5. Cupio equidem, & *jampridem cupio* Alexandriam visere. Id. At. 11. ep. 13. *Jampridem intellexisti* voluntatem meam. Id. in Or. 31. Nam in in me quidem *jampridem effectum est*, quod futurum fuit.

Jam inde A, vel *Ab*, pro *Inde usque*.

13 *Jam inde a*, vel *Ab* est *Inde usque a*, vel *ab*. Cicer. 14. Phil. 6. *Jam inde a* Consulatu meo testis. Id. pro Balb. 13. O jura præclara, ac divinitus *jam inde a* principio Rom. nominis a majoribus nostris comparata! Id. 2. de Or. Est enim illarum exercitatio elegans, & *jam inde ab* Aristotele instituta. *Insino da*.

Jam usque, *Jam tandem*.

14 *Jam usque* idem, quod *jam inde*. Cic. 1. de Div. Vetus opinio est *jam usque ab* Heroicis ducta temporibus. *Fin da' tempi.*

15 *Jam tandem* est *nunc tandem*. Cic. l. 14. ep. 23. Reddite mihi *jam tandem* sunt a Cæsare litteræ. *Pur una volta.*

Jam jam.

16 *Jam jam* significat propinquitatem ejus temporis, quocum conjungitur. Teren. Adelph. a. 5. sc. 3. *Jam jam* desino. *Son vicino a finire*. Cic. in Bruto, c. 14. Senatum *jam jam* inclinatum a Pyrrhi parte revocavit. *Già già*, *già quasi*. Catull. carm. 64. de Aty. *Jam jam* docet quod egi, *jam jamque* pœnitet.

CAPUT LXXII.
De Adverbio IDCIRCO, seu ICCIRCO, ut alii scribunt.

Idcirco, *quod*; *Idcirco*, *quia*.

1 IDcirco, idem est, quod *ideo*. Sæpe jungitur cum *quod*, interdum cum *quia*: Ac tum præcedit, tum subsequitur. Cic. l. 9. ep. 2. Putaret me *idcirco* discedere, quod quosdam homines oculi mei ferre non possent. Id. At. l. 9. ep. 17. ego, *quod* putabam &c. *idcirco* ad Domitium litteras misi. Id. 1. de Inv. 3. *Idcirco* Judices, *quia* veram causam habebam.

Idcirco ut, *Idcirco ne*.

2 Alias cum *Ut*, aut *Ne*. Cic. l.6. ep.1. Qui me *idcirco* putant bene audire velle: *ut* ille male audiat. *Non per altro si pensano*,

no, che io voglia aver buon nome, se non perch' egli l'abbia tristo. Id. l. 13. ep. 8. Quos *idcirco* non commemoro, *ne* de miseriis meorum necessariorum conquerens, homines, quos nolo, videar offendere.

CAPUT LXXIII.
De Adverbio IDEO.

Ideo, quod: Ideo, quia.

1 IDeo eandem vim, quam *Idcirco*; & eosdem usus habet. Cicer. 3. Agr. 2. Neque vero nunc *ideo* disputabo, *quod* hunc statum Reipub. non magnopere defendendum putem. *Però ch'io pensi*. Id. ad At. l. 1. ep. 13. Ad te *ideo* antea rarius scripsi, *quod* non habebam idoneum, cui darem. Id. 1. Off. 32. *Ideo*, *quia* nihil decet invita Minerva, ut ajunt.

Ideo ut, Ideo ne.

2 Cic. 6. Ver. 4. *Ideo* Claudius Pulcher retulit, *ut* C. Verres posset auferre? *A questo fine; acciocchè*. Id. 3. Ver. 41. An *ideo* aliquid contra mulieres fecit, *ne* totum edictum ad Chelidonis arbitrium scriptum videretur? *A questo fine, perchè non paresse*.

CAPUT LXXIV.
De Pronomine IDEM.

Idem ac, idem atque, idem &, idem ut.

1 IDem saepe cum *Ac*, *Atque*, & *Ut* copulatur. Cic. pro Syl. 18. *Idemque*

valere debet; *ac* si pater judicaret: Id. pro Domo 20. Vnum, & *idem* videtur esse, *atque* id, quod de me ipso nominatim tulisti. Id. 3. Off. 6. Vt *eadem* sit utilitas uniuscujusque,& universorum. Id. 1. Off. 14. In *eadem* sunt injustitia, *ut* si in suam rem aliena convertant.

Admonitio.

2 *Idem cum* barbarum est. Ergo non dices, *idem cum illo*, *Idem tecum*, *Idem cum Francisco*: sed *Idem*, *atque ille*; *Idem*, *ac tu*; *idem ac Franciscus*. Tacitus annal. 15. cap. 2. habet *eodem mecum* patre genitum. Sed noli imitari.

Idem, qui, quæ, quod, quasi.

3 *Idem* persæpe assumit *Qui*, *quæ*, *quod*, *quasi*. Cic. 3. Ver. 1. *Idem*, *qui* fuit semper Verres. Id. l. 1. ep. 9. Non offendes *eundem* bonorum sensum, *quem* reliquisti. Id. l. 6. ep. 14. Eadem causa opes meas fregit, quæ tuam salutem in discrimen adduxit. Id. 2. de Div. 41. Quid enim est sors? *idem* propemodum, *quod* micare. Id. l. 1. ep. 13. Apud bonos *iidem* sumus, *quos* reliquisti. Id. de Am. 4. Sensus amisso fit *idem quasi* natus non esset.

Idem, Idem.

4 *Idem* eleganter repetitur. Cicer. Famil. 9. ep. 2. Caninius *idem* tuus, & *idem* noster ad me venit.

Alter idem.

5 Dicitur & *alter idem*. Cic. de Amic. cap. 21. Est amicus tanquam *alter idem*.

CAPVT LXXV.

De Adverbio IDENTIDEM.

1 IDentidem est *sæpius per intervalla*, aut *frequenter*. Cic. 3. de nat. Deos. 9. In motu *identidem* reciprocando. Id. pro Dom. 55. *Identidem* se ipse revocans. Id. At. 12. ep. 26. Revolo *identidem* in Tusculanum. *Di volta in volta. Di quando, in quando*. Id. 2. Fin. 23. *Identidem* dicitis.

CAPVT LXXVI.

De Adverbio ILLICO. Ὀξίως.

1 ILlico dictum quasi *In loco*, ideſt in eodem loco. Vſurpatur pro *Statim*: Cic. At. l. 2. ep. 8. Ibidem *illico* puer abs te cum epiſtolis. Id. pro Mur. 10. Simul atque increbuit ſuſpicio tumultus, artes *illico* noſtræ conticeſcunt. Id. pro Quin. 15. *Illicone* ad Prætorem ire convenit?

CAPVT LXXVII.

De Præpoſitione IN.

In, ad tempus relata:

1 PRæpoſitio *In*, præter vulgatos uſus, alios quoſdam magis reconditos habet. Cic. 3. Off. 14. Ad cœnam hominem invitavit *in* poſterum *diem*. *Pel giorno ſeguente*. Id. 14. Phil. 1. Vt *in* hodier-

diernum *diem* vestitus mutetur. *Per oggi*. Id. 2. Agr. 2. Actio constituta *in mensem* Januarium. Id. pro Sext. 8. Habebit Senatus *in* hunc *annum*, quem sequatur Id. 4. Ver. 51. Syracusis lex est de religione, quæ *in annos* singulos Jovis sacerdotem sortio capi jubeat. *D'anno in anno*. Id. 2. de Div. 6. Solis defectiones, itemque lunæ prædicuntur *in* multos *annos*. Ita *in paucos dies*, *in multos menses*, &c. *Per pochi dì*, *Per molti mesi*.

Huc revocanda sunt, *In futurum*, *in reliquum*, *in omne tempus*. Item illa, *In præsens*, *in præsenti*, *in præsentia*; atque etiam, si Dii placet, *in præsentiarum*, qua voce nolim tantopere nostros homines delectari.

In dies, *In singulos dies*.

2 *In dies*, & *in singulos dies* significationem eandem habent; hoc differunt, quod alterum imminutum est, alterum plenum. Cic. Top. 16. *In dies* vitium crescit. *Cresce alla giornata*. Id. 1. Cat. 3. Crescit *in* singulos *dies* hostium numerus. *Ogni dì più*. Id. l. 6. ep. 4. Illa *in dies* singulos magis, magisque opinio confirmatur. *Di giorno in giorno*. Sic dicimus, *in horas*, & *in singulas horas*.

In diem vivere.

3 Cic. 2. Or. c. 40. Si barbarorum est *in diem* vivere. *Alla giornata*. Id. 2. Phil. 34. Jam minime miror te cum perditissimis latronibus non solum de die, sed etiam *in diem* vivere.

In posterum, *In perpetuum*.

4 Cic. pro Cluen. 44. Videte, ne censoribus *in posterum* potestatem regiam permittatis. *Per l' avvenire*. Id. 2. de Nat. Deor. 61. Defectiones solis, & lunæ cognitæ, prædictæque *in* omne *posterum* tempus. Id. 2. Ver. 30. Idcirco tibi amicum *in perpetuum* fore putasti. *Per sempre*. Id. Fam. lib. 10. ep. 12. Res *in posterum* dilata. *Nel giorno seguente*.

In distributioni serviens.

5 *In* sæpe distributioni servit. Liv. l. 34. c. 50. Quod quingenos denarios pretium *id capita* statuissent. *Per aver messo la tassa un tanto per testa*. Id. lib. 9. c. 43. Singulis *in militem* tunicis imperatis. Cic. 4. Ver. 53. Describebat Censores binos *in singulas Civitates*. *Due Censori per Città*. Id. pro Balb. 21. Ut *in singulas Colonias* ternos cives Romanos facere posset.

6 Huc revocanda sunt illa, quæ ad pretium pertinent. Cic. 1. Ver. 10. Pro frumento *in modios* singulos duodenos sestertios exegisse. Id. pro Font. 5. Titurius quaternos denarios *in singulas* vini *amphoras* portorii nomine exegit. *Quattro giuli per anfora*. Id. ad Qu. Fr. l. 2. ep. 1. Is ternis nummis *in pedem* tecum transegisse dicebat.

In vulgus.

7 *In vulgus* usurpatur pro *vulgo*. Cic. parad. 1. c. 1. Cato ea sentit, quæ non sane probantur *in vulgus*. Id. ad Att. 2. ep. 22. Id. *in vulgus*, gratum esse sentimus. *Comunemente*.

In universum.

8 *In universum*, cui contrarium est *nominatim*, habet Livius lib. 9. c. 26. Non nominatim, sed *in universum*.

In tempore.

9 *In tempore* idem est, ac *opportune*. Ter. Phor. 2. sc. 4. Ipsum video *in tempore*.

In modum.

10 *In modum* elegantes, ac varios usus habet. Plaut. Trin. 3. 3. Exornetur *in peregrinum modum*. *In modo, A foggia pellegrina*. Cicer. 2. Ver. 5. *Servilem in modum* cruciari. *A modo, ad usanza di servo*. Id. de Prov. cons. 3. *Miserandum in modum* necari. *In un modo miserabile*. Id. 7. Ver. 28. *Hostilem in modum* cruciari, necarique. Liv. l. 5. cap. 15. *Vaticinantis in modum* cecinit. *Ad uso di chi profetizza*. Cic. At. 1. ep. 2. *Miserandum in modum* iratus est. Id. lib. 15. ep. 9. *Mirandum in modum* gaudeo. Item, *Mirum in modum*, *Mirabilem in modum*. *Maravigliosamente*, *A maraviglia*.

In hanc, in eam, in eandem sententiam.

11 Cic. 2. de Div. c. 10. Hoc idem significat Græcus ille scriptus *in hanc sententiam* versus. Id. At. 2. ep. 22. Hæc & *in eam sententiam* cum multa dixisset. *In questo proposito, di simil tenore*.

Similia fere sunt; *In hanc formulam*; *in hæc verba*; *in eadem verba*, &c.

In speciem.

12 In *speciem*. Cicer. 7. Ver. 33. Præclara classis *in speciem*; sed inops; & infirma,

firma, &c. *In vista, in apparenza*. Liv. lib. 30. cap. 16. Ducentes paucos *in speciem* captivos. Id. l. 4. cap. 42. Nec precibus Tribunorum, quæ *in speciem* modo jactentur, sed auxilio confidere reum. Id. lib. 38. cap. 21. Tenui vulnere *in speciem*. Id. l. 3. cap. 9. Dilataque *in speciem* actione, re ipsa sublata.

In integro.

13 *In integro* res est, idem significat, ac res integra est. Cic. Fam. 5. ep. 20. De centurionibus res est *in integro*. Id. lib. 15. ep. 16. *in integro* res vobis erit.

In medio.

14 *In medio* pro *adest in præsentia* usurpatur. Cic. 4. Verr. c. 42. Tabulæ sunt *in medio*.

15 Item pro *notum est*. Cic. 1. Verr. cap. 2. Quæ *in medio* posita sunt, commemoro.

In manus sumere.

16 Cicer. Ver. 6. Iste unumquodque vas *in manus sumere*. Id. pro Planc. Procul apparet, non excutitur, non *in manus sumitur*. *Non si piglia in mano.*

In manu tenere.

17 Cicer. pro Cœl. 26. Cum Licinius pyxidem *teneret in manu*. Id. 1. Tosc. 29. Cum pene *in manu* mortiferum illud poculum *teneret*. *Tenendo in mano.*

In manibus esse.

18 *In manibus esse* per translationem multa significat. Cicer. At. 6. ep. 3. Res *est in manibus*, id est jam agitur. Liv. l. 4. c. 55. Cum tantum belli *in manibus esset*.

esset. *Avendosi per le mani*. Cicer. At. 4. ep. 12. De libris Oratoriis factum est a me diligenter, diu multumque *in manibus fuerunt*, idest expoliti sunt. Id. de Am. 25. Sed & audivistis, & *est in manibus* oratio, idest vulgo habetur. *Va in volta*, *Va per le mani*. Id. 2. Ver. 6. Libelli nominum vestrorum *in manibus* erant omnium. *Andavano per le mani di tutti*. Liv. l. 5. c. 20. Victoria *est in manibus*, *Si tien sicura*, *Si tiene in mano*.

In manibus habere.

19 Cic. 2. Ver. 6. Quam nunc spem *habeat in manibus*. *Abbia per le mani*, *Tenga per sicura*. Id. At. l. 4. ep. 13. Ex iis libris, quos *in manibus habeo*. Id. At. l. 13. ep. 45. Omisi ea, quæ *in manibus habebam*: quod jusseras, edolavi. Id. 5. Tusc. 7. Philosophi quamcumque rem *habet in manibus*, in eam, quæ conveniunt, congerunt omnia.

In orbem, pro, *Per vices*.

20 Liv. lib. 5. cap. 19. Senæ horæ *in orbem* operi attributæ sunt. *Sei ore per uno*. Id. lib. 5. cap. 17. Decem imperitabant, unus cum insignibus imperii, & lictoribus erat; quinque diebus finiebatur imperium, ac per omnes *in orbem* ibat, *In circolo*.

CA-

CAPUT LXXVIII.

De Adverbiis INDE, & INDIDEM.

Inde pro *Deinde*.

1 SÆpe *inde* ponitur pro *Deinde*. Liv. lib. 1. c. 3. Agrippa *inde* Tiberini filius. Cic. in Brut. 90. Deinceps *inde* multæ. *Molte dipoi l' una dopo l' altra per ordine*. Id. pro Mur. Quid tum *inde*?

Inde, ad tempus relatum.

2 Nec ad locum solum, sed etiam ad tempus refertur. Cicer. de Prov. Cons. 13. Jam *inde a principio* hujus imperii. *Infin dal principio*. Id. 2. de Nat. Deor. 48. Jam *inde ab ortu*. Id. pro Arch. 1. Quoad longissime potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, *inde usque* repetens.

Inde unde.

3 *Inde unde* & ad locum, & ad alia per translationem accommodatur. Cic. At. 13. ep. 38. Nec *inde* venit, *unde* mallem. Id. ad Heren. 1. Si *inde* incipiemus narrare, *unde* necesse erit. Id. 1. de Inv. 20. Si *unde* necesse est, *inde* initium sumetur.

Indidem, ex eodem loco.

4 *Indidem*, est ex eodem loco. Cic. pro Rosc. Amer. 27. Quos homines? *indidem* Ameria? an hosce ex urbe sicarios? *Dall' istesso paese d' Ameria*. Id. 1. de Div. *indidemque* eadem, quæ oriuntur de integro, atque eodem occidunt,

Unde Indidem.

5 Cicer. 3. de Or. 40. *Unde* simile duci potest, *Indidem* verbum translatum lumen afferet orationi.

CAPUT LXXIX.

De Adverbio INIBI.

1 INibi, ex *in*, & *ibi* factum est, in eodem loco. Cic. 1. Agr. 7. Luxuries Annibalem Capuæ corrupit: superbia nata *inibi* esse ex Campanorum fastidio videtur.

CAPUT LXXX.

De Adverbio INFRA.

1 INfra contrarium habet *supra*. Cic. 6. de Rep. 4. Supra lunam sunt omnia æterna, *infra* autem nihil est, nisi mortale. Id. At. lib. 9. ep. 26. Et quidem supra me Atticus, *infra* me Verrius, familiares tui. *Sotto di me.* Id. in Or. 1. Non his solum locus est, sed horum vel secundis, vel etiam *infra* secundos. Id. pro Quin. 15. Non modo ex numero vivorum exturbatur, sed, si fieri potest, etiam *infra* mortuos amandatur. *Sotto a' morti.*

Infra se judicare, ducere, arbitrari.

2 Illa translata. Cic. 3. Fin. 7. Ut omnia, quæ homini accidant, *infra* se esse judicet. Id. 3. Fin. 8. *Infra* se humana omnia ducens. Id. 3. Tusc. 7. Humanas res despicere, atque *infra* se positas arbitrari. *Sotto di se.*

In-

Infra pro *Post*.

3 Interdum pro *Post* usurpatur. Cic. in Brut. 10. Homerus non *infra* superiorem Lycurgum fuit. *Non fu dopo Licurgo il maggiore*.

CAPUT LXXXI.

De Adverb. INTERIM, & INTEREA.

1 INterim, & *interea* vim habent eandem, sed *interim* fere absolute ponitur. Cic. pro Lig. 1. *Interim* Varus Uticam venit. Id. de Or. 86. Hoc *interim* spatio conclave illud concidit.

2 Aliquando *Dum* adsciscit. Cæs. l. 5. Bel. Gal. c. 37. *Interim dum* de conventionibus inter se agunt. *Fra tanto, mentre che*.

Interea dum, *Interea quoad*.

3 *Interea* sæpe quidem absolute ponitur: frequentius tamen, quam *interim*, assumit *Dum*. Cic. 2. Phil. 42. *Interea dum* tu abes, qui dies ille Collegæ tui? Id. 1. de Or. 42. *Interea* tamen *dum* hæc, quæ dispersa sunt, coguntur. Cæs. 3. Bel. Civ. c. 16. *Interea* manerent induciæ, *dum* ab illo rediri posset.

4 Interdum *Dum* antecedit. Cicer. pro Quin. c. 6. Hæc *dum* Romæ geruntur, Quintius *interea* &c.

5 Nonnunquam pro *Dum* reponitur *Quoad*. Cæs. l. 1. Bel. Gic. c. 10. *Interea, quoad* fides esset data, Cæsarem facturum, quæ polliceretur.

CA-

CAPUT LXXXII.

De Præpositione INTRA.

1 INtra contrarium habet, *Extra*, ac sæpe statum in loco declarat. Cic. de Un. *intra* cœlum geniti Dii. Id. At. l. 3. ep. 10. Quod facile fuisset; nisi *intra* parietes meos de mea cervice consilia inirentur. Id. ad Brut. l. 1. ep. 18. Cum tantum resideat *intra* urbem mali.

2 Alias motum ad locum. Cice. At. l. 8. ep. 15. Qui regionibus exclusi *intra* præsidia, atque *intra* arma aliena venissent. Id. 2. de Or. 34. Artis est nosse regiones, *intus* quas venire debeas, ut per vestiges, quod quæras.

Admonitio.

3 Quoties *intus*, vel *intro* significandum est, si casus accedat, *intra* dici oportet; quia *intus*, & *intro*, cum adverbia sint, casum non admittunt.

Intra pro *Citra*.

4 Sæpe *Intra* usurpatur pro *Citra*. Cic. pro Sext. 27. Antiochus *intra* montem Taurum regnare jussus est. *Di qua dal monte Tauro*. Id. 5. Ver. 89. Locus jam *intra* Oceanum nullus est, quo &c. Id. pro Leg. Man. 12. Nullam *intra* Oceani ostium prædonum navim esse audiatis. *Dallo stretto di Gibilterra in qua, cioè in tutto il mare Mediterraneo.*

5 Illa per translationem dicta. Cic. l. 9. ep. 26. Epulamur non modo non contra legem, sed etjam *intra* legem. Idest

in-

intra fines legis. Id. l. 4. ep. 4. Modice hoc faciam, aut etiam *intra* modum. *Peccherò più tosto nel meno, che nel più.*

6 Interdum ad tempus accommodatur. Cic. 2. Ver. 13. Quæ *intra* decem annos facta sunt. *Da dieci anni in quà. Dentro lo spazio di dieci anni.*

CAPUT LXXXIII.

De Pronomine IPSE.

Me ipse, & *Mihi ipse*, pro *Me ipsum*, *Mihi ipsi*, &c.

1 Ipse, quamvis antecedat *Me*, aut *Mihi*, *Te* aut *Tibi*, *Se* aut *Sibi*, eleganter in recto efferri solet. Cic. l. 4. ep. 6. Frangerem jam *ipse me*. Id. lib. 4. ep. 8. Non ita abundo ingenio, ut te consoler, cum *ipse me* non possim. Id. l. 6. ep. 10. Agam per *me ipse*, & moliar. Id. ibid. Quanti me a te fieri intellexerim, sum *mihi ipse* testis. *A me stesso*. Terent. Adelph. Prol. Judicio de *se ipse* erit. Cic. pro Syl. 24. Nihil audacter per *se ipsi*. sine P. Sylla, facere potuerunt. *Da se stessi*.

Ipse pro *omnino*.

2 *Ipse* interdum usurpatur pro *Omnino*. Cicer. lib. 3. ep. 21. Triginta dies erant *ipsi*, cum dabam has litteras, per quos nullas a vobis acceperam. *Trenta giorni appunto*. Id. in Brut. 15. Mortuus est annis octoginta tribus *ipsis* ante me Consulem. *Ottantatre anni intieri*.

CA-

CAPUT LXXXIV.

De Pronomine IS.

Is pro *Hic*, vel *ille*.

1 IS sæpe usurpatur pro *Hic*, vel *ille*: Cic. 1. de Nat. Deor. 13. Ejus auditor Strato, *is*, qui Physicus appellatur. Id. 3. de Orat. 16. Quorum princeps Socrates fuit, *is*, qui &c. *Quegli il quale*.

Is post pronomen *Qui*.

2 Sæpe *is* post Pronomen *Qui* collocatur. Cic. 2. Phil. 30. Nihil turpius, quam quod *qui* Magister equitum fuisse tibi viderere, *is* per municipia, &c. *Colui il quale*.

Is qui, pro *talis qualis*.

3 *Is qui*, pro *Talis qualis* eleganter ponitur. Cic. At. 7. ep. 8. Itaque ego *is* in illum sum, *quem* tu me esse vis. Id. l. 3. ep. 10. Quod si essem *ea* perfidia, *qua* sunt ii, qui in nos hæc conferunt. Id. l. 5. ep. 19. Si *ii* nos sumus, *qui* debemus. *Tali, quali*.

Is *ut*, *is qui* pro *Talis ut*.

4 *Is ut*, *is qui*, pro *Talis ut* sepissime usurpantur. Cic. ad Brut. ep. 15. Nec tamen *is* sum, *ut* mea me maxime delectent. *Tale che*. Id. lib. 5. ep. 8. *is* enim tu vir es, & *eum* me esse cupio, *ut*, &c. Id. l. 1. ep. 8. & l. 10. ep. 8. *is* ego sum, *cui* vel maxime concedant omnes. *io son tale al quale*.

Is

Is *quasi* pro *is ut Si*.

5 Cicer. At. lib. 1. ep. 8. Proinde *eo* animo te velim esse, *quasi* mei negotii causa in ista loca missus esses. *Come se*. Id. ibid. Me autem *eum* & offendes erga te, & audies, *quasi* mihi, si qua parta erunt, non modo te præsente, sed per te parta sint.

Id ætatis, pro *Ea ætate*.

6 *Id ætatis* elegantur usurpatur pro *Ea ætate*, & accommodatur tum ad senes, tum ad pueros, vel adolescentulos. Cic. At. 4. ep. 15. Si hominem *id ætatis* in tam longo sermone tenuisset. Id. 1. de Or. 47. Quoniam id nobis, Antoni, hominibus *id ætatis*, oneris ab horum adolescentium studiis imponitur. *Persone di tal' età*. Id. pro Cluen. 51. Se in balneis cum *id ætatis* filio fuisse. Id. pro Rosc. Am. 23. Duo filii *id ætatis*.

7 Adsciscit interdum *Ut*. Cic. lib. 6. ep. 21. *Id ætatis* jam sumus, *ut* omnia fortiter ferre debeamus. *Siam già in tal' età, che, &c.*

Id temporis, pro, *id tempus*, vel *Eo tempore*.

8 Cic. 2. de Or. 90. Sed nunc quidem, quoniam *id temporis* est, surgendum censeo. *Poichè l' ora è tale*. Id. pro Mil. 10. Deinde profectus est *id temporis*, cum &c. Id. 5. Fin. 1. Maxime quod is locus ab omni turba *id temporis* vacuus esset. Id. At. l. 13. ep. 33. Venit enim ad me, & quidem *id temporis*, ut retinendus esset. *E poi a tal' ora, che, ec.*

Admonitio.

9 Hic animadverte, particulam *id* tanquam indeclinabilem adhiberi a Latinis Scriptoribus, & in omnibus casibus usurpari. Ter. Andr. a. 1. sc. 1. Nunc *id* operam do. pro *huic rei*. Plaut. Trin. a. 1. sc. 2. Si *id* me non accusas, pro *hujus rei*. Id. in Curc. a. 1. sc. 2. *Id*, quod amo, careo, pro *eo*. Sed hæc tamen in soluta oratione non facile invenies.

CAPUT LXXXV.

De Pronomine ISTE. *Cotesto*.

1 ISte, *cotesto*, proprie ad secundam personam pertinet, ut *Hic* ad primam. Itaque *iste* dicitur, qui ad te spectat, ut *hic*, qui ad me. Cicer. 2. Phil. 25. Tu *istis* faucibus, *istis* lateribus, *ista* gladiatoria totius corporis firmitate, tantum vini, &c. Id. l. 2. ep. 11. Ut mihi verba deessent, nec solum *ista* vestra Oratoria. *Coteste vostre*.

Non desunt exempla contra hanc regulam, quæ videre potes in Manutii commentario ad Familiares Cic. lib. 3. ep. 10.

Iste, Contemnentis.

2. Ponitur autem sæpe hoc Pronomen in rebus, quas contemnimus, tamquam alienas a nobis. Cic. pro Dom. 26. Lex, quam *iste* tulerat. *Costui*. Id. de Sen. 23. Ita *ex ista* vita discedo, tamquam ex hospitio. Id. 1. de Nat. Deor. 44. Pecudum greges diliguntur *isto* modo. *A questo modo*.

Istius-

Istiusmodi, pro *Tale*.

3 *Istiusmodi* quoque contemptum fere continet. Cic. 3. Ver. 58. Perfacile vero apud *istiusmodi* Prætorem, qui, &c. Id. 2. Ver. 11. Necesse erit *istiusmodi* rationi aliquo consilio obsistere. Id. 1. de Or. 22. Adduxissem huc Græculum aliquem, qui nos *istiusmodi* disputationibus oblectaret. *Sì fatte*.

Isthæc, *istuc*, Pro *ista*, & *istud*.

4 *Isthæc* pro *ista*, & *isthuc* pro *istud* Tulliana sunt, Cic. At. l. 8. ep. 19. Si ille circum *isthæc* loca commorabitur. Id. At. 1. ep. 19. Primum tibi persuade, me *isthæc* non curare. Id. 1. de Nat. Deor. c. 32. Præcipitare *isthuc* quidem est, non descendere. *Cotesto è un precipitarsi*.

CAPUT LXXXVI.

De Conjunctione ITA.

Ita pro *Adeo*, aut *Valde*.

1 ITa sæpe usurpatur pro *Adeo*. Cic. pro Dejot. 7. Dii te perdant fugitive; *ita* non modo nequam, & improbus, sed fatuus, & amens es. *Talmente*. Id. in Or. 18. Rarus incessus, non *ita* longus. Id. 6. Ver. 49. Simulacra præclara, sed non *ita* antiqua. *Non molto antiche*. Id. 2. Acad. 2. Hoc tibi non *ita* decorum est. *Non ti sta molto bene*.

Ita pro *Itaque*, sive *Atque ita*.

2 Alias pro *itaque*. Cic. 5. Tusc. 23. *Ita* nobilissima Civitas Græciæ, & olim

 pe-

potentissima: sepulchrum civis sui ignorasset, nisi, &c. *E così.* Id. pro Quin. 2. *Ita* fit, ut ego, qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar &c.

Ita jurantis.

3 Interdum in jurejurando usurpatur. Ter. Eun. 3. 12. *Ita* me Dii ament; honestus est. *Se Dio m' ajuti.* Cic. At. 5. ep. 15. *ita* vivam, ut maximos sumptos fascio. Id. 7. Ver. 14. *ita* mihi Deos omnepropitios esse velim, ut, &c. *Così Dio m' ajuti.* Id. ad Att. 1. ep. 13. Te, *ita* me dii juvent, desideravi &c.

Ita ut, *ita ut si*, pro *Adeo ut*, *Adeo ut si*.

4 Cicer. At. 2. ep. 12. *Ita* sum afflictus, *ut* nemo umquam. Id. l. 13. ep. 22. Mihi molestissimis temporibus *ita* benevole, fideliterque præsto fuit, *ut si* esset a me manumissus.

Ita quasi, vel *tamquam*.

5 Cic. l. 7. ep. 2. *Ita* mecum locutus est, *quasi* non dubium bellum habeamus. *Non altrimenti, che se: Come se.* Id. pro Quin. 5. *Quasi* domi nummos haberet., *ita* constituit Scapulis se daturum. Id. 6. Ver. 22. Neque enim *ita* se gessit in his rebus, *tanquam* rationem aliquando esset redditurus.

Ita quemadmodum, vel *quomodo*.

6 Cicer. de Fat. *Ita* certe evenit, *quemadmodum* sit futurum. Id. At. 13. ep. 21. Quare facies, ut *ita* sit in libro, *quemadmodum* fuit. Id. 2. Agr. 1. Neque me tantummodo Consulem, sed *ita* fecistis, *quomodo* pau-

pauci nobiles in hac Civitate Consule facti sunt.

Ita si, pro, *hac conditione, si*.

7 Cic. de Sen. 2. *Ita* enim senectus honesta est, *si* se ipsa defendit, *si* jus suum retinet. *Con questo se*: *Talmente se*. Id. 1. Off. 9. Nam hoc ipsum *ita* justum est, quod recte fit, *si* est voluntarium. Id. At. 16. ep. 6. Sed *ita*, *si* redeam. *Con questo patto*: Id. l. 13. ep. 1. *Ita* etiam, *si* ædificaturus esses. *Con tutto che*.

Ita ne, ut ne, ut non, ut ne quidem.

8 Teren. Heaut. 4. 5. *Ita* tu isthæc tua misceto, *ne* me admisceas. Cic. l. 16. ep. 9. Sed tamen *ita* velim, *ut ne* quid properes. Id. l. 7. ep. 27. Cum quidem biduum *ita* jejunus fuissem, *ut ne* aquam *quidem* gustarem. *Id*. 2. Off. 15. Nec *ita* claudenda est res familiaris, *ut* eam benignitas aperire *non* possit. *Di modo che*.

Ita ne, ita ne vero, ita ne tandem.

9 *Ita ne*, *ita ne vero* urgentis sunt, aut etiam stomachantis. Cic. 2. de Div. 32. *Ita ne* censes? Id. ib. c. 40. *Ita ne*? si quis ex sua re, &c. Id. 2. de Nat. Deor. 4. *Itane vero* ego injustus, qui & Consul rogavi, & Augur, & auspicato? Id. 7. Ver. 30. *Ita ne vero* tu tua pericula communi periculo defendes? Id. pro Cluen. 65. *Ita ne tandem*? *Così eh*? *A questo modo*? *Così si fa, eh*?

Quid ita?

10 *Ita* conjungitur cum *quid*, estque arguentis per interrogationem, Terent. Eunuch. a. 4. sc. 4. Thais jam aderit. Py. *Quid*

Quid ita? E perchè? Liv. l. 6. c. 15. *Quid ita* solus ego civium curam ago?

Ita pro *certe*.

11 *Ita* adhibetur etiam in responsionibus, habetque vim affirmandi. Cic. 2. de Orat. cap. 2. *Ita*, inquit Antonius. *Così è*.

CAPUT LXXXVII.

De Adverbio ITEM, & ITIDEM.

1 *Item* est *Similiter*. Cic. 6. Ver. 19. Litteræ isti mittuntur a patre vehementes, ab amicis *item*. *Dagli amici similmente*. Id. 2. Div. 6. Solis defectiones, *itemque* Lunæ prædicuntur. Id. 1. Div. 48. Romulus Augur cum fratre *item* Augure. Id. de Am. 2. Itaque ex me quærunt; credo *item* ex hoc Scævola. *Parimente*.

Item, ut: *item, uti*: *item, atque*.

2 *Item* sæpe cum *Ut*, *Uti*, *Atque* conjungitur. Cic. in Or 60. Ita fit, ut non *item* in oratione, *ut* in versu numerus extet. Id. 6. Ver. 9. Fecisti *item*, *ut* prædones solent, qui, &c. *Hai fatto appunto, come i Corsari*.

Item, quam: *item, quemadmodum*.

3 Raro cum *Quam*, & *quemadmodum* jungitur. Cic. l. 14. ep. 12. Erat quondam quasi necesse, nunc, quoquomodo se res habet, non est *item*, *quam* dudum. *Non è tanto, quanto poco fa*. Id. 4. Ver. 22. Causa componitur, ut *item* palestritæ Bidenses peterent ab Epicrate hæredita-

tem

tem, *quemadmodum* palestritæ Syracusani ab Heraclio petissent. *All' istesso modo, che.*

Ut item: *Sicut item*: pro *Ita*.

4 Interdum *Item* postponitur. Cic. 4. Acad. 13. *Ut* enim de sensibus, *item* faciunt de reliquis. Id. de Or. 26. *Sicut* in foro non bonos Oratores, *item* in theatro actores malos perpeti. *Così ancora.*

Non item.

5 *Item* cum negatione sæpe in extremam conjicitur clausulam; ut res, quæ conferuntur, diversas esse appareat. Cic. in Or. 43. Nam omnium magnarum artium, sicut arborum, altitudo nos delectat; radices, stirpesque *non item*. Id. 4. Tusc. 14. Ingeniosi in morbum & incidunt rarius, & recreantur ocyus; hebetes *non item*. Id. At. l. 2. ep. 21. Spectaculum tibi uni jucundum, cæteris *non item*. *Agli altri no.*

6 *Item* pro *iterum* rarum admodum est. Sueton. in Tib. c. 6. Parentes pene bis prodidit, semel cum a nutricis ubere, *item* cum a sinu matris raptim auferretur.

Itidem.

7 *Itidem*, est *Similiter*, idest *Eodem modo*. Cic. Partit. 22. Temperantia in rebus incommodis est *itidem* duplex. *Similmente*. Id. 3. de Nat. Deor. 24. Victus *itidem* a filio Saturnus. Id. 1. de Leg. 10. Ea, quæ movent sensus, *Itidem* movent sensus omnium. *Nell' istesso modo.*

Itidem & , *itidem ut*.

8 Adſciſcit autem interdum conjunctionem *&*, alias *ut*. Cic. 2. de Leg. 3. Nunc *itidem* ab eodem, *&* a cæteris Diis immortalibus ſunt capienda primordia. Ter. Hec. 3. 1. *Itidem* mulieres ſunt ferme, *ut* pueri, levi ſententia. *Parimente come*.

CAPUT LXXXVIII.

De Adverbio ITERUM.

Iterum pro *Secundo*.

1 I*Terum* pro *Secundo* eleganter ponitur. Cic. Div. 35. Flaminius Conſul *iterum*. Id. pro Sext. 16. L. Saturnius *iterum* Tribunus. Id. in Brut. 18. Livianæ fabulæ vix dignæ, quæ *iterum* legantur. *La ſeconda volta*.

Semel, iterum: Semel, atque iterum:
Semel, aut iterum: Semel, iterumque.

2 Alias adſciſcit *ſemel*. Cicer. 5. Ver. 77. Duobus pretiis unum & idem frumentum vendidiſti, *ſemel* civitatibus, *iterum* populo Romano. Item pro Dom. 52. Audierat ex illo ſe a me bis ſalutem accepiſſe, *ſemel* ſeparatim, *iterum* cum univerſis, *una volta da per ſe, un' altra inſieme con tutti*. Id. pro Cluen. c. 17. Ut re *ſemel, atque iterum* præjudicata condemnatus in judicium venerit. *Una, e due volte*. Id. in Brut. 90. Antiſtius, & Piſo ſæpe dicebant, minus ſæpe Pomponius, raro Carbo, *ſemel*,

aut

aut iterum Philippus. *Una, o due volte.* Cicer. 1. Divinat. c. 25. Sophocles id *semel iterumque* neglexit.

Iterum ac tertium, iterum ac tertio.

3 Assumit aliquando vel *Tertium*, vel *Tertio*. Cic. 1. Inv. 39. Primum quidem decipi incommodum est, *iterum* stultum, *tertium* turpe. Id. 2. Div. 59. Nemo est, quin sæpe jactans, Venerem aliquando jaciat, nonnunquam etiam *iterum*, *ac tertium*. Id. pro Dejot. 5. Ille *iterum*, ille *tertio* auctionibus factis pecuniam dedit. Id. pro Rosc. Am. 22. *Iterum, ac tertio* nominavi. *Due, e tre volte.*

Iterum, ac sæpius.

4 Nonnunquam additur *Sæpius*. Cicer. l. 13. ep. 43. Ut re experiatur, *iterum, ac sæpius* te rogo. Id. pro Leg. Man. 11. Testis est *iterum, ac sæpius* Italia, quæ, &c. Id. pro Font. 8. *Semel, atque iterum, ac sæpius. Una, due, e più volte.*

CAPUT LXXXIX.

De Præpositione JUXTA.

1 *Juxta* est *Apud*. Nep. in vit. Attici, c. 22. Sepultus est *juxta* viam Appiam ad quintum lapidem. Virg. 6. Æn. Furiarum maxima *Juxta* accubat.

Juxta pro Æque.

2 Sæpe usurpatur pro *Æque*. Sallust. Jugur. c. 67. *Juxta* boni, malique obtruncati sunt. Id. ibid. Plebi, Patribusque *juxta* chari. Id. ibid. Cives, hostesque *juxta* metuere. *Tanto i Cittadini, quanto i nemici.*

Admonitio.

3 Hæc familiaria sunt Historicis, Oratoribus non item, qui *Æque* libentius, quam *Juxta* usurpare solent · lege *Æque*.

Juxta *ac*, Juxta *atque*.

4 *Juxta ac*, *juxta atque* itidem historica ferme sunt. Liv. l. 1. c. 54. Absentium bona *juxta atque* interemptorum divisa fuerunt. Id. l. 28. c. 20. Trucidant inermes *juxta*, *atque* armatos. *Così i disarmati, come gli armati*.

Admonitio.

5 Quod minus verisimile aut usitatum est, id antecedere solet. Liv. l. 5. c. 6. Et se *juxta* hyeme, *atque* æstate bella gerere posse.

Juxta ac si.

6 *Juxta ac si* Ciceronianum est. Cic. post Red. in Sen. 8. Me reliquis officiis *juxta ac si* meus frater esset, sustentavit; idest non secus ac si. *Come se mi fosse fratello*.

Juxta cum.

7 *Juxta* interdum assumit *Cum* apud Historicos, & Poetas. Sallust. Catil. Quo in loco res nostræ sint, *juxta mecum* omnes intelligitis; Idest æque ac ego. *Quanto me*. Plaut. Aul. 4. 2. *Juxta mecum* rem tenes. Id. Pers. 2. 2. *Juxta tecum*, si tu nescis, nescio.

Juxta pro *Secundum*, vel *Post*.

8 *Juxta* pro *Secundum* historicum itidem est. Tac. 2. Hist. 76. 3. *Juxta* Deos, in tua manu est. Id. 6. An. 42. 3. Populi imperium *juxta* libertatem, paucorum dominatio

re-

regiæ libidini proprior eſt.

CAPUT XC.

De Adverbio LICET.

1 *Licet* pro *Etſi* rarum eſt. Cicer. At 3. ep. 12. *Licet* tibi, ut ſcribis, ſignificarim, ut ad me venires Sidona, tamen intelligo, &c. Id. in Vat. Veritas *licet* in cauſis nullum patronum, aut defenſorem obtineat; tamen per ſe ipſa defenditur.

Admonitio.

2 Quoties ſequitur *Tamen*, ſatius eſt uſurpare *Etſi*, *Tametſi*, *Quamquam*. Nam *Licet* hac ſignificatione, ut diximus, rarum eſt, niſi cum conceſſioni ſervit.

Licet abſolute poſitum.

3 *Licet* ſæpiſſime abſolute ponitur, & ſervit conceſſioni. Cicer. At. 14. ep. 4. Sed omnia *licet* concurrant, idus Martiæ conſolantur. *Se ben rovinaſſe il Mondo.* Id. de Am. 20. Quantumvis *licet* excellas. *Per molto eminente, che tù ſii.* Id. At. l. 1. ep. 13. Ex qua *licet* pauca deguſtes; *Tu puoi pigliare un ſaggio, ch' io mi contento.* Id. At. l. 5. ep. 1. Vel ipſi hoc dicas *licet*, humanitatem meo judicio illi defuiſſe. *Lo puoi ben dire a lui ſteſſo.* Id. Att. lib. 2. ep. 24. Proinde iſti faciant *licet*, quos volent, Conſules. *Facciano pure.* Id. 3. de Leg. 10. Quantumvis enumeres multos *licet*, nullos tamen, &c. *Per molti, che tu ne conti.* Id. de Ar. reſp. 9. Quam vo-

lumus *licet* P. C. ipsi nos amemus, tamen nec numero Hispanos, &c. *Amiamoci pur, quanto vogliamo.*

Licet per me; Per te;
Per illum, &c.

4 Sæpe adjicitur *Per me*, *Per te*, *Per illum*, & alia ejusmodi. Cic. 2. Acad. 29. *Per me* vel stertas *licet* (inquit Carneades) non modo quiescas. *Tu puoi ben per mio conto anco ronfare.* Id. 3. de Or. 35. *Per me*, appellet Oratorem, *licet*. *Chiamilo Oratore; che io me ne contento.* Plaut. Asin. Prol. Asinariam vult esse, si *per vos licet*. Ter. Adelph. 1. 2. Sinatis hunc facere, dum *per ætatem licet*. *Mentre gli è concesso per l'età.*

Licet, pro *Etiamsi*.

5 Nonnunquam *Licet* pro *Etiamsi* videtur usurpari. Cicer. post red. in Sen. 3. *Licet* corpus abesset meum, dignitas jam in patriam reverterat. *Ancorchè, Quantunque.*

Licet cum infinito, pro *Possumus*.

6 Alias infinito modo junctum usurpatur pro *Possumus*. Cicer. 1. Off. 29. *Licet* ora ipsa cernere iratorum. *Si può vedere il volto*. Id. 1. Div. 7. Mirari *licet*, quæ sint animadversa a medicis herbarum genera. *E' cosa di maraviglia*. Id. 1. Div. 41. Videre *licet* nationes quasdam.

Admonitio.

7 Cicero pro *videre est*, *intelligere est*, quæ poetica sunt, dicere solet, *Videre licet*, *intelligere licet*.

CA-

CAPUT XCI.

De Adverbio LONGE.

Longe pro *Procul*.

1 LOnge proprie est *Procul*. Cic. l. 2. ep. 7. *Longe* absum: audio sero. Id. At. 6. ep. 3. Tu abes *longe* gentium. *Tu stai in paesi lontani*. Id. 2. Fin. 30. Audi, ne *longe* abeam, moriens quid dicat Epicurus. *Per non ir lontano*. Id. 6. Ver. 27. Epicrates *longe* mihi obviam processit. Id. de Am. 12. Vt nos *longe* prospicere oporteat futuros casus reip. *Molto avanti*.

Longe, Lateque.

2 *Longe, lateque* assumuntur ad significandam longitudinem, ac latitudinem spatii. Cic. 2. de Nat. Deor. 15. Nam Solis candor illustrior est, quam ullius ignis: quippe qui immenso mundo tam *longe, lateque* collucet. Id. pro Leg. Man. 12. Tantum bellum, tam diuturnum, tam *longe lateque* dispersum. Id. 1. Fin. 34. Quæ autem est alia causa erroris tam *longe lateque* diffusi, nisi quod, &c. *Tanto sparso per ogni verso*.

Longe pro *valde*.

3 Interdum *Longe* pro *Valde*, aut *Multum* usurpatur. Cic. 1. Acad. 1. Totaque ea res *longe* cæteris & studiis, & artibus antecedit. *Di gran lunga*. Id. pro Font. 17. O fortunam *longe* disparem M. Fontei! Id. pro Syl. 17. Et erat huic judicio *longe* dissimilis illa contentio.

Longe Multumque.

4 Nonnumquam assumit *Multum*, significandi gratia. Cicer. 5. Fin. 14. Quam *longe multumque* præstet mens, atque ratio.

Longe, pro *Multo*.

5 *Longe* pro *Multo* sæpe usurpatur, nec raro cum superlativo jungitur. Cic. pro Dom. 16. *Longe* aliter, atque a me dicta erant, detulerunt. *Molto diversamente da quello, ec.* Id. pro Plan. 38. Quod est *longe* secus. Id. 1. de Or. 11. *Longe* omnium in dicendo & *gravissimo*, & *eloquentissimo* Platoni. *Di gran lunga più di tutti.* Id. in Brut. 62. Vir *longe* post homines natos *improbissimus*. Id. lib. 13. ep. 14. Petus *longe princeps* municipii Lucensis. Id. 4. Ver. 22. *Longe primus* civitatis est Epicrates.

CAPUT XCII.

De Adverb. MAGIS, & MAXIME.

Magis quam.

1 MAgis plerumque cum *Quam* copulatur. Cic. 2. de Or. 4. *Magis* adeo id facilitate, *quam* ulla mea culpa contigit. Id. Att. lib. 16. ep. 5. Etsi *magis* est, quod grattuler tibi, *quam* quod te rogem. Id. pro Mil. 7. Nisi forte *magis* erit parricida qui consularem patrem, *quam* si quis humilem necaverit.

Admonitio.

2 Non temere *Magis* pro *Plus* usurpandum

dum est. *Magis* enim plerumque ad comparationem pertinet, & *potius* significat. *Plus* autem sæpe refertur ad magnitudinem, & contrarium habet *Minus*; ut, *Plus virium*, *plus jucunditatis*; item *plus posse*, *plus efficere*, & alia ejusmodi, quibus locis *Magis* usurpare non licet. Lege *Plus*.

Magis, absolute positum.

3 Sæpe absolute ponitur, sed ita ut *quam* fere intelligatur. Cicer. l. 16. ep. 19. Expecto tuas litteras, te ipsum multo *magis*. Id. Parad. 3. c. 1. Nihil huc addi potest, quo *magis* virtus sit. Id. pro Planc. 24. *Magis* Ædilis fieri non potuisset; idest, quam factus est. Id. l. 1. ep. 9. Cum Pompejus ita contendisset, ut nunquam *magis*.

Magis si.

4 Nonnunquam assumit *Si*. Cicer. de Am. 7. Tum *magis* id diceres, Fanni, *si* nuper in hortis Scipionis affuisses. Plau. Mil. Act. 5. *Magis* dicas, *si* scias, quod ego scio. Teren. Heaut. 5. 1. *Magis*, *si* magis noris, putes ita rem esse.

Magis, *magisque*. *Magis*, *ac magis*.

5 Interdum *Magis* iteratur, rei magis declarandæ gratia. Cicer. l. 2. ep. 18. Sed mihi quotidie *magis magisque* de tuis rationibus cogitanti placet &c. Id. At. 14. ep. 21. Itaque de Græcia quotidie *magis*, *& magis* cogito. Id. At. 5. ep. 7. Quotidie *magis*, *ac magis* suspicor te in Epirum profectum. *Ogni giorno più, e più*.

Ni-

Nihilo magis. Vide *Nihilo*.

Magis cum *Minus* comparatum.

6 Aliquando *Magis* cum *Minus* comparatur. Cicer. 1. Off. 21. Capessentibus Rempub. nihilo *minus*, quam Philosophis, haud scio, an *magis* etiam despicientia adhibenda sit rerum humanarum. Teren. Adelph 4. 3. Omnes, quibus res sunt *minus* secundæ, *magis* sunt natura quodammodo suspiciosi.

Maxime iteratum.

7 Cicer. l. 1. ep. 7. Ii *maxime*, qui te & *maxime* debuerunt, & plurimum potuerunt juvare.

Quam maxime.

8 *Quam maxime*, rem plurimum auget, Cicer. 1. de Or. 33. Dicere *quam maxime* ad veritatem accomodate. *Più che sia possibile*.

Vel Maxime.

9 *Vel maxime*, idem pene quod *Quam maxime*. Cic. 2. de Nat. Deor. c. 65. Mihi videtur *vel maxime* confirmare. Id. Part. 33. Quæ quidem *vel maxime* suspicionem movent. *Più che altra cosa mai*.

Ut cum maxime.

10 *Ut cum maxime* ad tempus refertur. Cicer. ad Qu. Fr. l. 2. ep. 8. Domus celebratur *ut cum maxime*. *Più che mai*.

Quam qui maxime.

11 *Quam qui maxime* ad personam. Cic. l. 5. ep. 2. Tam sum amicus Reip. *quam qui maxime*. *Quanto altri mai*.

Ut quisque maxime, ita potissimum.

12 Cicer. 1. Off. 15. *Ut quisque maxime* opis

opis indigeat, *ita* ei *potissimum* opitulari. *Quanto più alcuno ha bisogno d' ajuto, tanto più ajutar lui, che altri.*

Maxime in responsionibus.

13 *Maxime* adhiberi solet in responsionibus, habetque vim affirmantis. Ter. Adelph. a. 4. sc. 3. Sequere me hac intro. Mi. *Maxime*. Id. in Hec. a. 4. sc. 4. Puerum Phidippe mihi cedo, ego alam. Ph. *maxime*.

CAPUT XCIII.

De Adverb. MAGNOPERE, & MAXIMOPERE.

1 MAgnopere, ex *Magno* & *Opere* factum, usurpatur pro *Multum*, aut *Valde*. Cic. l. 15. ep. 14. Ego caeterarum rerum causa tibi Romam *magnopere* properandum censeo. Id. pro Rosc. Com. 15. Quorsum recidat responsum tuum, non *magnopere* laboro. *Non troppo mi curo. Non mi dà molto pensiero*. Id. 7. Ver. 41. Quid, inquam, *magnopere* potuit Cleomenes facere, istius avaritia navibus exinanitis? Id. 1. de Leg. 20. Philosophis *magnopere* auctor fuit, ut, &c. Id. l. 6. ep. 14. *Magnopere* putavi oportere.

Magno opere.

2 Interdum hoc adverbium dividitur in ea, ex quibus conflatur. Cicer. At. l. 13. ep. 28. *Magno opere* accersitus. Id. l. 13. ep. 36. *Magnoque opere* abs te peto. *E ti dimando instantemente questa grazia.*

Ma-

Maximopere.

3 Hinc est *Maximopere*, quod itidem conjunctum invenitur, ac divisum. Cic. Famil. 10. ep. 35. Id *maximopere* censeo persequendum. Teren. Eunuch. a. 3. sc. 3. Thais *maximo* te *opere* orabat, ut cras redires.

CAPVT XCIV.

De Adverb. MALE, & Interjectione MALVM.

Male accipere.

1 Male *accipere* est *Male tractare*, & refertur tum ad verba, tum ad facta. Cic. 3. Ver. 54. *Male accipit* verbis Rabonium. *Fa una buona sgridata. Lo riprende forte*. Id. 4. Ver. 23. Epicrates homines multis verbis *male* a se *acceptos* dimisit. Lentul. ad Cic. l. 12. ep. 14. Exclusus ab Antiochia Dolabella, &. in oppugnando *male acceptus*. *Maltrattato*.

Male multare.

2 *Male multare*, idem, quod *pugnis, verberibusve male accipere*. Cic. in Brut. 22. Addebat etiam scriptores illos *male multatos* exisse cum Galba. Id. 6. Ver. 43. Ii primo cum obsistere conarentur, *male multati* clavis, ac fustibus repelluntur. *Mal conci*.

Male audire.

3 *Male audire*, & *Bene audire* fere ad malam, aut bonam famam pertinent: nam, cui maledicitur, is male audit: cui bene

bene dicitur, audit bene. Cic. At. 6. ep. 1. Qui me idcirco putat *bene audire* velle, ut ille *male audiat*. Id. 5. Tusc. 50. Surdaster erat M. Crassus; sed aliud molestius, quod *male audiebat*, etiamsi, ut mihi videbatur, injuria. *Non avea buona fama. Non si diceva bene di lui.*

Male sit, Deus male faciat.

4 *Male sit*, *Dii male faciant*, male precantis erat. Catul. At vobis *male sit*, malæ tenebræ. Cic. At. 13. ep. 25. *Male* mihi *sit*, si unquam quicquam tam enitar. Id. At. 15. ep. 15. *Male sit* Antonio, si quidem Buthrotiis molestus est. Id. l. 1. ep. 21. Dii isti Segulejo *male faciant*, homini nequissimo.

Male narras.

5 *Male narras*, est *Tristem nuncium afferes*. Cic. At. 16. ep. 14. *Male narras* de illo. *Mi dai una mala nuova di colui.* Cui opponitur, *Narras bene*. Cicer. Parad. 3. c. 2. *Bene* hercule *narras*. *Bene certamente.*

Malum.

6 *Malum* sæpe interjectio est indignantis. Cicer. 1. Phil. 6. Quæ, *malum*, est ista voluntaria servitus? Id. 3. Ver. 20. Quæ, *malum*, est ista tanta audacia, atque amentia? *Che domin' è? ec.*

CAPUT XCV.

De Adverbio MINUS, & inde ortis.

Minus pro *Parum*, aut *Rarius*.

1 *Minus* sæpe pro *Parum* usurpatur. Cic. de Am. 7. Si *minus* intelligitur, quanta vis amicitiæ sit, ex discordiis percipi potest. *Se non s' intende così bene*. Dolabell. ad Cic. 9. ep. 9. Terentia *minus* belle habuit. *Non s' è sentita troppo bene*. Cicer. l. 12. ep. 2. L. Cotta *minus* in Senatum venit. *Non troppo spesso viene in Senato*.

Minus in numerando.

2 *Minus* in numerando præclaros habet usus. Sic Livius. Romanorum cæsi *minus* mille.. Id. l. 5. c. 8. *Minus* militum periit. Id. l. 29. cap. 18. In Senatu centum non *minus* erant. Cæsar. A millibus passuum *minus* duobus castra posuit.

Minus pro *Non*.

3 *Minus* interdum eandem fere vim habet, ac *non*, præsertim cum antecedit *Si*. Cic. 1. Div. 14. Ac nonnunquam, quæ prædicta sunt, *minus* eveniunt. *Non riescono troppo*. Id. 7. Ver. 27. *Si minus* necari, custodiri oportebat.

Minus quam; *Minus ac*; *Minus atque*.

4 *Minus* assumit *Quam* apud Oratores. Interdum *Ac*, vel *Atque* apud Poetas. Cic. l. 15. ep. 10. Si mihi tecum *minus* esset,

esset, *quam* est cum tuis omnibus. Virg. 3. Æn. v. 561. *Haud minus, ac* jussi faciunt. Hor. l. 2. Sat. 7. Qui peccat *minus atque* ego.

Nihilo minus, vide *Nihilo*.

Minus minusque.

5 Ut *magis*, ita *Minus* iteratur interdum. Teren. Heaut. 3. 3. Nam mihi jam *minus*, *minusque* obtemperat. *Tuttavia meno*.

6 *Minus ac Minus* Plinianum est Cum advesperascit, apes in alveo strepunt *minus ac minus*. *l.* 11. c. 10.

7 *Minus & minus* Ovidianum. De Pon. l. 2. ep. 8. Nam *minus & minus* est facies in imagine tristis.

Minime.

8 *Minime* plus est, quam *Minus*, sed non penitus negat, si vim ejus propriam spectes. Cic. in Brut. 57. Sed mihi placebat Pomponius maxime, vel *minime* displicebat. *Pochissimo*. *Meno di tutti*. Cæs. 1. B. G. 1. *Minimeque* ad eos mercatores sæpe commeant. Cic. l. 13. ep. 1. Homo *minime* ambitiosus, *minimeque* in rogando molestus. *Molto poco*. *Non molto ambizioso*. Id. 7. Ver. 34. Etsi in hac quadriremi *minime* multi remiges, & milites deerant.

9 Aliquando prorsus negat, & adhibetur pro *non*. Cic. de leg. l. 3. c. 8. Nobis vero placet: Sed iis, qui in provinciis sunt, *minime* placet.

Minime omnium.

10 *Minime* coniungitur cum genitivo

Om-

Omnium, quod superlativum sit. Cic. pro Rosc. Am. c. 34. Id ad te *minime omnium* pertinebat. *Meno di tutti*.

Minime gentium.

11 *Minime gentium* in familiari sermone adhiberi solet, habetque vim maximam negandi. Terent. Adelph. a. 3. sc. 2. Ah *Minime gentium*. *Ah no, ah non fia mai*.

Minimum.

12 *Minimum* cum *Maxime* comparatum. Cic. de Amic. 13. Ut quisque *minimum* firmitatis habeat, *minimumque* virium, ita amicitias appetit *maxime*. *Quanto manco, ec. Tanto più, ec.*

Minimum cum *Plurimum* comparatum.

13 Comparatur interdum *Minimum* cum *Plurimum*. Cic. in Orat. c. 26. Hoc in genere nervorum est *vel minimum*, suavitatis autem *vel plurimum*. Colum. l. 1. c. 6. Pinguis ager cum *plurimum* reddat, *minimum* poscit.

Minimum pro eo, quod minus Latine dicitur *ut minimum*.

14 Cicer. de Un. Ita fiunt omnes partes *minimum* octoginta una. *Almeno*. Id. in Or. 61. Non loquor de uno pede extremo, adjungo, quod *minimum* sit, proximum superiorem.

CAPUT XCVI.

De Adverbiis MIRE, MIRIFICE, & MIRUM.

1 *Mire* parum ufitatum eft, fi cum *mirifice* comparetur. Cic. At. 16. ep. 11. Puero Municipia *mire* favent. Cic. 1. Ac. 9. Quas *mirifice* Plato erat amplexatus. *Maravigliofamente*. Id. 1. de Or. 13. Ac jam tum erat adolefcentulus, his ftudiis *mirifice* deditus. Id. 1. N. D. 21. Te *mirifice* ab eo diligi, intelligebam.

2 *Mirum* etfi proximam vim habet, tamen ad nomen magis videtur accedere. Cic. 2. de Or. 43. Hoc *mirum* quiddam valet. Id. 1. de Or. 49. *Per* mihi *mirum* vifum eft; hoc eft *permirum*.

Mirum fi, *Mirum ni*.

3 *Mirum* interdum affumit *Si*, vel *Ni*. Cic. de Ar. refp. 5. Nec *mirum*, *si* hoc vobis ridiculum videtur. Teren. Eun. 4. 4. *Mirum*, *ni* tu credas quæ ifte dicat. *Vorrei ben dire, che tu non credefsi*. Cic. 2. de Or. 69. Quid prolas pater? *mirum*, *ni* cantem *E' maraviglia, ch' io non canti*.

Mirum quam; *Mirum quantum*.

4 Interdum jungitur cum *Quam*, aut *Quantum*. Cic. Att. l. 13. ep. 38. *Mirum*, *quam* inimicus ibat, ut ego objurgarem. Liv. l. 1. c. 16. *Mirum*, *quantum* illi viro hæc nuncianti fides fuerit. Id. l. 2. c. 1. Id. *mirum*, *quantum* profuit ad concordiam Civitatis. Mi-

Mirum unde.

5 Alias cum *Unde*. Cicer. pro Rab. 9. *Mirum* mihi videtur, *unde* tu inveneris &c.

CAPUT XCVII.

De Adverbio MODO.

Modo, poco avanti.

1 MOdo ad tempus relatum non est idem, quod *nunc*, sed *aliquanto ante*. Cic. 6. Ver. 3. Quid dico nuper? immo vero *modo*, ac plane paulo ante. Id. l. 4. ep. 13. In qua urbe *modo* gratia, auctoritate, & gloria floruimus, in ea nunc iis quidem omnibus caremus. *Poco fa*; *Dianzi*. Id. 5. Fin. 3. *Modo* enim fuit Carneades.

2 Aliquando est idem quod *nunc*, & adhæret Imperativis. Cic. pro Rosc. Am. c. 35. Veniat *modo*: explicet &c. Liv. l. 8. c. 4. Usurpate *modo* postulando, quod illi vobis tacito concedunt.

Modo modo, pro *Nunc nunc*.

4 *Modo* iteratum significat itidem, quod *Nunc*, vel *Alias* iteratum. Cic. 1. N. D. 18. Cotta meus *modo* hoc, *modo* illud. *Or questo*, *or quello*. Id. 1. N. D. 19. *Modo* his, *modo* illis partibus. Id. At. l. 13. ep. 25. O Academiam volaticam, *modo* huc, *modo* illuc. *Or quà*, *or lì*.

Modo pro Tantummodo.

4 Interdum *Modo* pro *Tantummodo* usurpatur.

patur. Cic. in Or. 9. Hi, unum *modo*, quale sit, suspicantur. *Uno solamente*. Ter. Adelph. act. 3. sc. 5. *Modo* tacito, ut illam serves. *Sol fa in modo, che*.

Si modo pro *Si tamen*. *Se pure*.

5 *Si modo* interdum est *Si tamen*. Cic. At. l. 12. ep 43. Contudi enim animum, & fortasse vici, *si modo* permansero. *Se però terrò saldo*. Id. l. 10. ep. 11. Omnia ei obsequia polliceor, *si modo* temp. respicere volet. *Se pure*.

Modo, pro *Dummodo*. *Modo ne*, *Modo ut*.

6 Alias est *Dummodo*. Cic. At. l. 16. ep. 13. Veniam, quo vocas, *modo* adjutore te. Id. 6. Ver. 5. Concedo, ut impune emerit, *modo ut* bona ratione emerit. *Purchè*. Id. 1. Off. 25. Quæ placet Peripateticis, & recte placet, *modo ne* laudarent iracundiam. Id. At. l. 5. ep. 4. *Modo ne* illa exceptio in aliquem incurrat bene de nobis meritum.

Modo, *cum*. *Modo*, *ubi*.

7 Plaut. Asin. act. 5. sc. 2. *Modo*, *cum* dicta in me ingerebas. *Poco fa, quando, ec.* Terent. And. act. 1. sc. 3. Davum *modo* timere sensi, *ubi* nuptias futuras esse audivit.

Non modo pro *non solum*.

8 *Non modo* pro *non solum* elegans est, eademque ratione construitur. Cic. ad Att. 12. ep. 4. *Non modo* libenter, sed etiam æquo animo. Id. 3. off. c. 19. Quem Fimbria etiam, *non modo* Socrates noverat. Id. ibid. *Non modo* facere, sed

sed ne cogitare quidem quicquam audebit.

De usu hujus particulæ vide plura Cap. CXII.

CAPUT XCVIII.

De Conjunctione MOX.

1 MOx est *Paulo Post*. Sic enim differunt *modo*, *nunc*, & *mox*, quod *nunc* de tempore præsenti dicitur: *modo* de eo, quod paulo ante antecessit: *mox* de eo, quod paulo post sequetur. Cic. 1. de Or. 32. Verum illa *mox*, nunc de ipsa exercitatione, quid sentias, quærimus. Id. 1. de Div. 27. Discedo paulisper a somniis, ad quæ *mox* revertar. Id. At. 1. 10. ep. 4. Jussitque mihi nunciari *mox* se venturum. *Subito, Poco dopo*.

2 *Mox* cum verbo præteriti temporis conjunctum invenitur apud Columellam l. 3. cap. 20. Sed magnopere cave, ne imiteris.

Quam mox pro *quanto post*.

3 Plaut. Bacch. 4. 6. *Quam mox* navigo? *Quanto starò a navigare?* Teren. Phor. 1. 3. Dum expecto, *quam mox* veniat. Liv. lib. 5. cap. 45. Concione dimissa, corpora curant, intenti, *quam mox* signum detur. Cic. pro Rosc. Com. 1. Expecto, *quam mox* Chærea hac ratione utatur. *Sto aspettando, quanto starà*.

CA-

CAPUT XCIX.

De Adverb. MULTO.

1 MUlto cum nominibus comparativis conjungi solet, sed aliquando etiam cum superlativis ad majorem vim significandam. Cic. pro Leg. Man. c. 1. Conspectus vester *multo* jucundissimus. Id. 6. Ver. c. 23. Civitas totius Siciliæ *multo* maxima & locupletissima.

2 *Multo post*, *multo ante*, *multo aliter* nec indigent exemplis, nec sunt hujus loci.

CAPUT C.

De Conjunctione NAM, & NAMQVE.

Nam, & *namque* in Anteoccupatione.

1 NAm, & *Namque* (ut a trito, vulgatoque usu abeamus) interdum Anteoccupationi serviunt. Cic. 1. de Inv. c. 6. *Nam* Hermagoras quidem, nec quid dicat, attendere, nec quid polliceatur, intelligere videtur. Id. 8. Phil. 5. *Nam* quod me tecum iracunde agere dixisti solere, non est ita: vehementer me agere fateor, iracunde nego. Id. 1. de Or. 16. *Namque* illud quare Scævola negasti te fuisse laturum? Quibus locis ad ea, quæ adversarius objecerat, vel auditor, lectorve objicere poterat, respondetur.

Nam, in enumeratione.

2 Sæpe *Nam* in enumeratione postremum locum obtinet, ut subjiciat, quod requirere posset auditor. Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. *Nam* quid ego de Gratidio dicam? Id. l. 14. ep. 1. *Nam* quid ego de Cicerone dicam? qui &c. *Ora che dirò io di Cicerone?*

Nam subjectum in interrogatione.

3 Interdum subjicitur in interrogatione. Cicer. Partit. 7. Numquid*nam* restat? Id. Ep. Brut. 2. Quinque cohortibus quid*nam* se facturum arbitratur? *Che mai?*

CAPVT CI.

De Adverbio NÆ.

1 NÆ graviter affirmantis est: usurpatur pro *Vero*, sed fere pronomini præponitur. Cicer. 2. de Nat. Deor. c. 1. *Næ ego* incautus, qui cum Academico, & eodem Rhetore congredi conatus sum. *In vero*, *In fatti*. Id. l. 7. ep. 24. Scilicet ista quidem summa. *Næ ego* multo libentius emerim diversorium Terracinæ. *Io per me*. Id. l. 7. ep. 1. *Næ tu* haud paulo plus, quam quisquam nostrum delectationis habuisti. *Tu per certo*. Id. 1. Tusc. 30. *Næ ille* vir sapiens lætus morietur. Id. 2. Cat. 3. *Næ illi* vehementer errant.

Admonitio.

2 A Plauto, ac Terentio etiam sine pro-

pronomine usurpatur, a Cicerone non item.

CAPUT CII.

De Adverbio NE.

Ne, cum *Vereor*, *Timeo*, *Metuo*.

1 *Vereor ne* est *nolim*, sed *timeo*. Cic. 2. Ac. 36. *Vereor*, *ne* subarroganter facias, si dixeris tuam. Id. At. 14. ep. 18. *Vereor ne* nihil habuerit. Ter. And. 1. 4. Tum autem hoc *timet*, *ne* deseras se. Cic. pro Mil. 21. *Metuebat* scilicet, *ne* indicaretur. *Avea paura di non essere scoperto*.

Non vereor, *ne*. *Non metuo*, *ne*.

2 *Non vereor*, *ne*, hoc est *Nolim*, *sed non timeo*. Cic. l. 2. ep. 7. *Non vereor*, *ne* quid temere, *ne* quid stulte facias. Id. 4. Acad. Itaque *non metuit ne* confundere omnia videatur.

Vereor, *ne non*: *Timeo*, *ne non*.

3 *Vereor*, *ne non*, idem est, quod *Vereor*, *ut*, idest *Velim*, *sed timeo*. Cic. At. l. 7. ep. 12. *Vereor*, *ne* exercitum firmum habere *non* possis. Id. At. l. 9. ep. 4. Sed *timeo ne non* impetrem.

Non vereor, *ne non*; *Non metuo*.

4 *Non vereor*, *ne non* est *Velim*, *sed non timeo*. Cic. l. 2. ep. 1. *Non* enim *vereor*, *ne non* scribendo te expleam. *So certo*, *che ti sazierò*. Id. 6. Ver. 38. *Non vereor*, *ne* hoc officium meum P. Servilio Judici *non* probem. *Son sicuro*, *che*.

Ne pro *ut non*.

5 *Ne* pro *Ut non* usitatius est, quam ut exemplis illustrandum videatur.

Ut ne.

6 Interdum præponitur *Ut*. Cic. 1. Off. 7. Justitiæ primum munus est, *ut ne* cui quis noceat.

Neve, & *neu*.

7 *Neve* conflatum est ex *Ne*, & *Ve* pro *Vel*. Ex *Neve* factum est *Neu* fuga postremæ literæ.

Ne, *neve*, *neu*.

8 Cæs. 1. de B. Civ. 64. 3. *Ne* labori suo, *neu* periculo parceret. Cic. ad Qu. Fr. l. 1. ep. 1. Hoc te primum rogo, *ne* contrahas, ac demittas animum, *neve* te obrui tamquam fluctu, &c. sinas.

Neu, *neu*; *neve*, *neve*.

9 Sallust. Catil. Neu quis postea ad Senatum referat, *neu* cum populo agat. Cic. 3. de Or. 43. Neve asper eorum concursu, *neve* hiulcus sit. Id. l. 1. ep. 9. Peto a te, ut id a me *neve* in hoc reo, *neve* in alio requiras.

Ne *multa*, *ne multis*.

10 Ne *multa*, Ne *multis* sunt brevitatis notæ in narrationibus. Cic. 5. Ver. 25. Jud. *ne multa*, his contumeliis scitote Q. Lollium coactum ad Apronii leges, conditionesque venisse. *Per abbreviare*. Id. pro Cluen. 64. Ne *multa*, perquiritur a coactoribus, invenitur ea ferula ad Stratonem pervenisse. Id. ibid. c. 16. Ne *multis*, Diogenes emitur. *In poche parole*.

Ne prohibentis, cum Conjunctivo.

11 Ne cum prohibentis est, conjunctivo, & imperativo modo adjungi solet. Plaut. Mil. Ne me *moneas*; memini ego officium meum. Id. Perf. 4. 4. *Ne doce*. Ter. And. 2. 3. *Ne nega*. Cic. 2. de Leg. 9. Præter Idææ Matris famulos, eosque justis diebus, *ne* quis stipem *cogito*.

Admonitio.

12 Cicero libentius usurpat *Noli*; & *Cave*. Cic. At. l. 6. ep. 1. *Noli* putare, me quicquam maluisse, quam, &c. Id. pro Flac. 42. *Nolite* existimare eos, &c. Id. l. 10. ep. 12. *Cave* enim putes, ullas litteras unquam gratiores, quam tuas, esse in Senatu recitatas. Id. l. 9. ep. 24. Sed *cave*, si me amas, existimes me, *Non credere*.

Ni *vivam*, jurantis.

13 Cic. l. 7. ep. 24. Sed *ne vivam*, si tibi concedo. *Possa io morire*. Id. At. l. 4. ep. 15. Quid poteris, inquit, pro his, dicere? *ne vivam*, si scio.

Ne supplicantis, aut detestantis.

14 Curt. l. 5. Ne Dii siverint, ut hoc decus mei capitis aut demere mihi quisquam, aut condonare possit. Id. l. 10. Ne Dii siverint, inquit, ut Alexandri fortuna, tantique regni fastigium in istos humeros ruat; homines certe non ferent. *Non piaccia a Dio*.

Ne *dicam*.

15 Ne *dicam* est correctio, antequam dicatur. Cic. 1. de Nat. Deor. c. 21. In

Omnium, quod superlativum sit. Cic. pro Rosc. Am. c. 34. Id ad te *minime omnium* pertinebat. *Meno di tutti*.

Minime gentium.

11 *Minime gentium* in familiari sermone adhiberi solet, habetque vim maximam negandi. Terent. Adelph. a. 3. sc. 2. Ah *Minime gentium*. *Ah no, ah non sia mai*.

Minimum.

12 *Minimum* cum *Maxime* comparatum. Cic. de Amic. 13. Ut quisque *minimum* firmitatis habeat, *minimumque* virium, ita amicitias appetit *maxime*. *Quanto manco, ec. Tanto più, ec.*

Minimum cum *Plurimum* comparatum.

13 Comparatur interdum *Minimum* cum *Plurimum*. Cic. in Orat. c. 26. Hoc in genere nervorum est *vel minimum*, suavitatis autem *vel plurimum*. Colum. l. 1. c. 6. Pinguis ager cum *plurimum* reddat, *minimum* poscit.

Minimum pro eo, quod minus Latine dicitur *ut minimum*.

14 Cicer. de Un. Ita fiunt omnes partes *minimum* octoginta una. *Almeno*. Id. in Or. 61. Non loquor de uno pede extremo, adjungo, quod *minimum* sit, proximum superiorem.

CAPUT XCVI.

De Adverbiis MIRE, MIRIFICE, & MIRUM.

1 M*ire* parum usitatum est, si cum *mirifice* comparetur. Cic. At. 16. ep. 11. Puero Municipia *mire* favent. Cic. 1. Ac. 9. Quas *mirifice* Plato erat amplexatus. *Maravigliosamente*. Id. 1. de Or. 13. Ac jam tum erat adolescentulus, his studiis *mirifice* deditus. Id. 1. N. D. 21. Te *mirifice* ab eo diligi, intelligebam.

2 *Mirum* etsi proximam vim habet, tamen ad nomen magis videtur accedere. Cic. 2. de Or. 43. Hoc *mirum* quiddam valet. Id. 1. de Or. 49. *Per* mihi *mirum* visum est; hoc est *permirum*.

Mirum si, *Mirum ni*.

3 *Mirum* interdum assumit *Si*, vel *Ni*. Cic. de Ar. resp. 5. Nec *mirum*, *si* hoc vobis ridiculum videtur. Teren. Eun. 4. 4. *Mirum*, *ni* tu credas quæ iste dicat. *Vorrei ben dire, che tu non credessi*. Cic. 2. de Or. 69. Quid prolas pater? *mirum*, *ni* cantem *E' maraviglia, ch' io non canti*.

Mirum quam; *Mirum quantum*.

4 Interdum jungitur cum *Quam*, aut *Quantum*. Cic. Att. l. 13. ep. 38. *Mirum*, *quam* inimicus ibat, ut ego objurgarem. Liv. l. 1. c. 16. *Mirum*, *quantum* illi viro hæc nuncianti fides fuerit. Id. l. 2. c. 1. Id. *mirum*, *quantum* profuit ad concordiam Civitatis. Mi-

Mirum unde.

5 Alias cum *Unde*. Cicer. pro Rab. 9. *Mirum* mihi videtur, *unde* tu inveneris &c.

CAPUT XCVII.

De Adverbio MODO.

Modo, poco avanti.

1 MOdo ad tempus relatum non est idem, quod *nunc*, sed *aliquanto ante*. Cic. 6. Ver. 3. Quid dico nuper? immo vero *modo*, ac plane paulo ante. Id. l. 4. ep. 13. In qua urbe *modo* gratia, auctoritate, & gloria floruimus, in ea nunc iis quidem omnibus caremus. *Poco fa*; *Dianzi*. Id. 5. Fin. 3. *Modo* enim fuit Carneades.

2 Aliquando est idem quod *nunc*, & adhæret Imperativis. Cic. pro Rosc. Am. c. 35. Veniat *modo*: explicet &c. Liv. l. 8. c. 4. Usurpate *modo* postulando, quod illi vobis tacito concedunt.

Modo modo, pro *Nunc nunc*.

4 *Modo* iteratum significat itidem, quod *Nunc*, vel *Alias* iteratum. Cic. 1. N. D. 18. Cotta meus *modo* hoc, *modo* illud. *Or questo*, *or quello*. Id. 1. N. D. 19. *Modo* his, *modo* illis partibus. Id. At. l. 13. ep. 25. O Academiam volaticam, *modo* huc, *modo* illuc. *Or qua*, *or lì*.

Modo pro *Tantummodo*.

4 Interdum *Modo* pro *Tantummodo* usurpatur.

patur. Cic. in O. 9. Hi, unum *modo*, quale sit, suspicantur. *Uno solamente*. Ter. Adelph. act. 3. sc. 5. *Modo* tacito, ut illam serves. *Sol fa in modo, che*.

Si modo pro *Si tamen*. *Se pure*.

5 *Si modo* interdum est *Si tamen*. Cic. At. l. 12. ep 43. Contudi enim animum, & fortasse vici, *si modo* permansero. *Se però terrò saldo*. Id. l. 10. ep. 11. Omnia ei obsequia polliceor, *si modo* temp. respicere volet. *Se pure*.

Modo, pro *Dummodo*. *Modo ne*, *Modo ut*.

6 Alias est *Dummodo*. Cic. At. l. 16. ep. 13. Veniam, quo vocas, *modo* adjutore te. Id. 6. Ver. 5. Concedo, ut impune emerit, *modo ut* bona ratione emerit. *Purchè*. Id. 1. Off. 25. Quæ placet Peripateticis, & recte placet, *modo ne* laudarent iracundiam. Id. At. l. 5. ep. 4. *Modo ne* illa exceptio in aliquem incurrat bene de nobis meritum.

Modo, *cum*. *Modo*, *ubi*.

7 Plaut. Asin. act. 5. sc. 2. *Modo*, *cum* dicta in me ingerebas. *Poco fa, quando, ec.* Terent. And. act. 1. sc. 3. Davum *modo* timere sensi, *ubi* nuptias futuras esse audivit.

Non modo pro *non solum*.

8 *Non modo* pro *non solum* elegans est, eademque ratione construitur. Cic. ad Att. 12. ep. 4. *Non modo* libenter, sed etiam æquo animo. Id. 3. off. c. 19. Quem Fimbria etiam, *non modo* Socrates noverat. Id. ibid. *Non modo* facere, sed

sed ne cogitare quidem quicquam audebit.

De usu hujus particulæ vide plura Cap. CXII.

CAPUT XCVIII.

De Conjunctione MOX.

1 MOx est *Paulo Post*. Sic enim differunt *modo*, *nunc*, & *mox*, quod *nunc* de tempore præsenti dicitur: *modo* de eo, quod paulo ante antecessit: *mox* de eo, quod paulo post sequetur. Cic. 1. de Or. 32. Verum illa *mox*, nunc de ipsa exercitatione, quid sentias, quærimus. Id. 1. de Div. 22. Discedo paulisper a somniis, ad quæ *mox* revertar. Id. At. l. 10. ep. 4. Jussitque mihi nunciari *mox* se venturum. *Subito*, *Poco dopo*.

2 *Mox* cum verbo præteriti temporis conjunctum invenitur apud Columellam l. 3. cap. 20. Sed magnopere cave, ne imiteris.

Quam mox pro *quanto post*.

3 Plaut. Bacch. 4. 6. *Quam mox* navigo? *Quanto starò a navigare?* Teren. Phor. 1. 3. Dum expecto, *quam mox* veniat. Liv. lib. 5. cap. 45. Concione dimissa, corpora curant, intenti, *quam mox* signum detur. Cic. pro Rosc. Com. 1. Expecto, *quam mox* Chærea hac ratione utatur. *Sto aspettando*, *quanto starà*.

CA-

CAPUT XCIX.

De Adverb. MULTO.

1 MUlto cum nominibus comparativis conjungi solet, sed aliquando etiam cum superlativis ad majorem vim significandam. Cic. pro Leg. Man. c. 1. Conspectus vester *multo* jucundissimus. Id. 6. Ver. c. 23. Civitas totius Siciliæ *multo* maxima & locupletissima.

2 *Multo post*, *multo ante*, *multo aliter* nec indigent exemplis, nec sunt hujus loci.

CAPUT C.

De Conjunctione NAM, & NAMQVE.

Nam, & *namque* in Anteoccupatione.

1 NAm, & *Namque* (ut a trito, vulgatoque usu abeamus) interdum Anteoccupationi serviunt. Cic. 1. de Inv. c. 6. *Nam* Hermagoras quidem, nec quid dicat, attendere, nec quid polliceatur, intelligere videtur. Id. 8. Phil. 5. *Nam* quod me tecum iracunde agere dixisti solere, non est ita: vehementer me agere fateor, iracunde nego. Id. 1. de Or. 16. *Namque* illud quare Scævola negasti te fuisse laturum? Quibus locis ad ea, quæ adversarius objecerat, vel auditor, lectorve objicere poterat, respondetur.

Nam, in enumeratione.

2 Sæpe *Nam* in enumeratione postremum locum obtinet, ut subjiciat, quod requirere posset auditor. Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. *Nam* quid ego de Gratidio dicam? Id. l. 14. ep. 1. *Nam* quid ego de Cicerone dicam? qui &c. *Ora che dirò io di Cicerone?*

Nam subjectum in interrogatione.

3 Interdum subjicitur in interrogatione. Cicer. Partit. 7. Numquid*nam* restat? Id. Ep. Brut. 2. Quinque cohortibus quid*nam* se facturum arbitratur? *Che mai?*

CAPUT CI.

De Adverbio NÆ.

1 NÆ graviter affirmantis est: usurpatur pro *Vero*, sed fere pronomini præponitur. Cicer. 2. de Nat. Deor. c. 1. *Næ ego* incautus, qui cum Academico, & eodem Rhetore congredi conatus sum. *In vero*, *In fatti*. Id. l. 7. ep. 24. Scilicet ista quidem summa. *Næ ego* multo libentius emerim diversorium Terracinæ. *Io per me*. Id. l. 7. ep. 1. *Næ tu* haud paulo plus, quam quisquam nostrum delectationis habuisti. *Tu per certo*. Id. 1. Tusc. 30. *Næ ille* vir sapiens lætus morietur. Id. 2. Cat. 3. *Næ illi* vehementer errant.

Admonitio.

2 A Plauto, ac Terentio etiam sine pro-

pronomine usurpatur, a Cicerone non item.

CAPUT CII.

De Adverbio NE.

Ne, cum *Vereor*, *Timeo*, *Metuo*.

1 V*Ereor ne* est *nolim*, sed *timeo*. Cic. 2. Ac. 36. *Vereor*, *ne* subarroganter facias, si dixeris tuam. Id. At. 14. ep. 18. *Vereor ne* nihil habuerit. Ter. And. 1. 4. Tum autem hoc *timet*, *ne* deseras se. Cic. pro Mil. 21. *Metuebat* scilicet, *ne* indicaretur. *Avea paura di non essere scoperto*.

Non vereor, *ne*. *Non metuo*, *ne*.

2 *Non vereor*, *ne*, hoc est *Nolim*, *sed non timeo*. Cic. l. 2. ep. 7. *Non vereor*, *ne* quid temere, *ne* quid stulte facias. Id. 4. Acad. Itaque *non metuit ne* confundere omnia videatur.

Vereor, *ne non*: *Timeo*, *ne non*.

3 *Vereor*, *ne non*, idem est, quod *Vereor*, *ut*, idest *Velim*, *sed timeo*. Cic. At. l. 7. ep. 12. *Vereor*, *ne* exercitum firmum habere *non* possis. Id. At. l. 9. ep. 4. Sed *timeo ne non* impetrem.

Non vereor, *ne non*; *Non metuo*.

4 *Non vereor*, *ne non* est *Velim*, *sed non timeo*. Cic. l. 2. ep. 1. *Non* enim *vereor*, *ne non* scribendo te expleam. *So certo, che ti sazierò*. Id. 6. Ver. 38. *Non vereor*, *ne* hoc officium meum P. Servilio Judici *non* probem. *Son sicuro, che*.

Ne prohibentis, cum Conjunctivo.

11 Ne cum prohibentis est, conjunctivo, & imperativo modo adjungi solet. Plaut. Mil. Ne me *moneas*; memini ego officium meum. Id. Perf. 4. 4. *Ne doce*. Ter. And. 2. 3. *Ne nega*. Cic. 2. de Leg. 9. Præter Idææ Matris famulos, eosque justis diebus, *ne* quis stipem *cogito*.

Admonitio.

12 Cicero libentius usurpat *Noli*; & *Cave*. Cic. At. l. 6. ep. 1. *Noli* putare, me quicquam maluisse, quam, &c. Id. pro Flac. 42. *Nolite* existimare eos, &c. Id. l. 10. ep. 12. *Cave* enim putes, ullas litteras unquam gratiores, quam tuas, esse in Senatu recitatas. Id. l. 9. ep. 24. Sed *cave*, si me amas, existimes me, *Non credere*.

N*i vivam*, jurantis.

13 Cic. l. 7. ep. 24. Sed *ne vivam*, si tibi concedo. *Possa io morire*. Id. At. l. 4. ep. 15. Quid poteris, inquit, pro his, dicere? *ne vivam*, si scio.

Ne supplicantis, aut detestantis.

14 Curt. l. 5. Ne Dii siverint, ut hoc decus mei capitis aut demere mihi quisquam, aut condonare possit. Id. l. 10. Ne Dii siverint, inquit, ut Alexandri fortuna, tantique regni fastigium in istos humeros ruat; homines certe non ferent. *Non piaccia a Dio*.

Ne *dicam*.

15 Ne *dicam* est correctio, antequam dicatur. Cic. 1. de Nat. Deor. c. 21. In

tam leves, *ne dicam* ineptas sententias incidisse. *Per non dire*. Id. l. 12. ep. ult. Tu tibi fac ut persuadeas, non esse me tam imbecillo animo, *ne dicam*, inhumano, ut, &c.

Nedum.

16 *Nedum* plerumque subjicitur, & servit parti deteriori. Cicer. pro Cluen. 35. Optimis temporibus non potuerunt, &c. *nedum* his temporibus, &c. Id. At. l. 4. Quæ tantum habent mysteriorum, ut ea ne librariis quidem committamus, *nedum* cuilibet. *Non che*. Id. pro Planc. 37. Ego vero ne immortalitatem quidem accipiendam putarem, *nedum* emori cum pernicie Reipub. Id. 2. Agr. 35. Homo privatus vix facile se se continet, *nedum* isti non conquisituri sint aliquid sceleris. Id. pro Dom. 24. In scelere religio non valeret, *nedum* valeat id, quod imperitus adolescens fecisse dicatur.

Admonitio.

17 *Nedum* subjici non solet, nisi cum antecedit negatio, quod ex appositis exemplis apparet. Nam cum affirmamus, *Non modo*, aut *Non solum* adhibetur. Cic. l. 4. ep. 14. Secundas etiam res nostras, *non modo* adversas pertimescebas. Id. l. 12. ep. ult. Vultus tuos mihi expressit omnes: *non solum* animum, ac verba pertulit. Nam illud ex 7. lib. ep. 19. *Erat enim multo domicilium hujus urbis aptius humanitati tuæ, quam Peloponnesus, ne dum Patriæ*, tacitam videtur negationem continere.

18 E-

18 Etiamsi negatio non præcedat, Historici solent adhibere *nedum*. Liv. l. 7. c. 40. Quem armorum etiam pro patria satietas tenebat, *nedum* adversus patriam. Et alibi sæpe.

19 *Nedum* raro usurpatur in principio, pro *Non dicam*, aut *Non modo*. Cic. At. l. 9. ep. 10. *Nedum* hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex eventu probari solent.

Ne quidem, pro *Nec quidem*. *Ne pure*.

20 *Ne quidem* usurpatur pro *Nec quidem*, cum negando aliquid augemus. Cic. ad Attic. *Ne* si velim *quidem*, id facere possem. *Ne meno, s' io volessi*. Id. 3. Cat. 10. *Ne* dici *quidem* opus est, quanta cum dimicatione civium. Id. At. 6. ep. 1. Si tu judicabis *ne* ad Catonem *quidem* provocabo. Id. 3. Ver. 60. Non enim prætereundum est, *ne* illud *quidem*. *Nè manco quello*.

21 Invenitur etiam *nec quidem*, sed raro admodum. Cic. Parad. 4. c. 1. Qui *nec* civitate *quidem* pelli potest. Al. leg. *ne*. Plin. Paneg. c. 27. *Nec* hunc *quidem*. Pl. Sen. lib. 8. cap. 28. *Nec* somno *quidem* saginati. Petron. Satyr. c. 132. *Nec* nominare *quidem*.

Ne quidem, cum *Nedum*, vel *Non modo*.

22 Cic. l. 9. ep. 26. Me quidem nihil istorum, ne juvenem *quidem* movit unquam *ne dum* senem. Id. l. 14. ep. 22. Cui facile persuasi, mihi, quod rogaret, *ne* licere *quidem*, *non modo* libere.

Admonitio.

Ne cum *Quidem* ita conjungitur ut semper verbum aliquod interponatur.

CAPUT CIII.
De Conjunctione NE, Enclitica.

1 NE conjunctio Enclitica tum Interrogationi servit, tum Dubitationi. Cicer. Fam. 2. ep. 2. Putares *ne* unquam fieri posse, ut mihi verba deessent? *Penseresti tu forse, che potesse mai essere?* Id. pro Dom. 19. Tamen *ne* arbitraris id te posse obtinere? *Tu per ancora pensi?* Id. 1. Acad. 12. Ut videamus, satis *ne* ista sit justa defensio. *S'ell' è giusta abbastanza.*

Ne, An.

2 Sæpe post *Ne* Encliticam, subjicitur *An.* Cic. At. l. 16. ep. 8. Romam *ne* venio, *an* hic maneo? *an* Arpinum? *Vengomen' io a Roma, o stommene qui, o vo in Arpino?* Id. At. 16. ep. 10. Tria sunt autem; maneam *ne* Arpini, *an* proprius accedam, *an* veniam Romam. Id. l. 2. ep. 5. Unum nescio, gratuler *ne* tibi, *an* timeam. *S' io mi congratuli, o pur, ec.*

Nec ne; Ne an non.

3 Alias additur *Nec ne*, vel *An non.* Cicer. pro Rosc. Com. 4. Quæro enim, potuerit *ne* Roscius ex societate partem suam quærere, *nec ne*. *Dimando sì, o no?* Id. Fam. 2. ep. 17. Parthi transierint, *nec ne*, præter te, video dubitare neminem. Teren. Phorm. 5. sc. 6. Sed is *ne* est, quem quæro, *an non*. *Ad-*

Admonitio.

4 Cum antecedit *Ne* Enclitica, non subjicitur *Aut*, sed *An*.

CAPUT CVI.

De Conjunctione NEC, & NEQUE,

Nec pro *Non*.

1 NEc sæpe usurpatur pro *Non*. Cicer. pro Quin. c. 4. Quo mortuo, *nec* ita multo post, in Galliam proficiscitur. *Non molto dopo*. Id. 1. de Nat. Deor. 3. *Nec* opinatum patrocinium a nobis est susceptum. *Non pensato*. Id. l. 13. ep. 19. Ei *nec* opinanti voluntatem tuam tantam per litteras detulisse. *Quando manco se'l pensava*.

Nec nec; *Neque neque*.

2 *Nec*, & *Neque* sæpe iterantur, etiamsi antecedat negatio. Cic. de Am. 2. *Nec* enim melior vir fuit Africano quisquam, *nec* clarior. Id. 1. Off. 2. Nulla enim vitæ pars, *neque* publicis, *neque* privatis, *neque* forensibus, *neque* domesticis in rebus, *neque* si tecum agas quid, *neque* si cum altero contrahas, vacare officio potest. Id. l. 5. ep. 17. Nullo loco deero, *neque* ad consolandum, *neque* ad levandum fortunam tuam. Id. At. l. 9. ep. 14. Non medius fidius præ lacrymis possum reliqua *nec* cogitare, *nec* scribere.

Neque nec. *Nec neque*.

3 Interdum *Neque* cum *Nec* copulatur. Cic. l. 15. ep. 1. *Neque* opibus sa-

tis firmi, *nec* voluntate sunt. Id. l. 3. ep. 5. *Neque* enim obscuris personis, *nec* parvis in caussis res agitur. Id. At. l. 10. ep. 15. Ego *nec* retentis his, confectam rem puto, *neque* amissis, desperatam.

Nec *&*, neque *&*.

4 Alias, *nec*, & *neque* cum *&* junguntur. Cic. l. 10. ep. 1. Furnium nostrum tanti a te fieri, *nec* miror, *&* gaudeo. Id. l. 4. ep. 6. *Nec* a me alieni, *&* tibi amicissimi. Id. 1. de Or. 39. Homo *nec* meo judicio stultus, *&* suo valde prudens.

Nec, *sed*; *neque*, *sed*.

5 Alias *sed* assumunt. Cicer. l. 9. ep. 24. *Nec* id ad voluptatem refero, *sed* ad communitatem vitae, atque victus. Id. l. 1. ep. 9. *Neque* Respublica Consules haberet, *sed* mercatores provinciarum.

Nec *dum*; *neque dum*.

6 *Nec dum*, & *neque dum* est quod insulse dicitur, *Et non dum*. Cic. At. l. 6. ep. 1. Cassius ineptas litteras misit; *nec dum* Bibuli erant allatae. Id. At. l. 14. ep. 10. *Neque dum* Roma es profectus. *Ne ancora*.

Nec *enim*; *neque enim*.

7 *Nec enim*, & *neque enim*, usurpantur eleganter pro *non enim*. Cic. de Am. 16. *Nec enim* illa prima sententia vera est. Id. 5. Ver. *Neque enim* hoc possum negare. Id. de Amici. 13. *Neque enim* sunt isti audiendi, qui, &c.

Nec *autem*, *neque autem*.

8 *Nec*, & *neque*, rarissime conjunguntur cum *autem*. Cic. Fam. 5. ep. 12. *Neque autem* ego sum ita demens. Quint.

4. c. 1.

4. c. 1. Nec argumentis *lautem*, nec locis, &c. Cave imiteris.

Nec *vero*; *neque vero*.

9 Nec *vero*, *neque vero* interdum gravius negant. Cic. 1. Phil. 4. *Nec vero* illum similiter, atque ipse eram, commotum esse vidi. *E a dire il vero, non era già egli*. Id. 1. de Or. 8. *Neque vero* mihi quicquam præstabilius videtur, &c. *Ne in vero*.

10 Sæpe serviunt Anteoccupationi. Cicer. 2. Phil. 8. *Nec vero* tibi de versibus respondebo. Id. 1. de Or. 51. *Neque vero* istis Tragœdiis tuis, quibus uti Philosophi maxime solent, Crasse, perturbor. *Nec quidem* V. in capite superiori.

11 *Nec* pro *ne quidem*, *nè pure*, Quint. l. 1. c. 6. Quæ *nec* ipsi jam dicerent. Cic. Tusc. 1. c. 26. Id, quod *nec* in Deo quidquam majus intelligi possit. Col. de Re Rust. l. 6. c. 6. Si *nec* hæc profuit res.

CAPUT CV.

De Adverb. NEQUAQUAM, & NEUTIQUAM.

1 Nequaquam, & *Neutiquam* vehementius negant. Cic. 1. Fin. *Nequaquam* ista amicitia est. *Non è già, non è altrimenti*. Id. At. 9. ep. 12. Cui te socium *neutiquam* puto esse oportere. Id. de Un. Indissolubiles vos quidem esse non potestis, *neutiquam* tamen dis-

solvemini. Ter. Andr. 2. 1. *Neutiquam* esse officium liberi puto. *In modo niuno; per conto niuno.*

CAPUT CVI.

De Pronomine NEMO.

Nemo quin: nemo qui non.

1 NEmo interdum cum *Quin*, aut *Qui non* jungitur. Cic. l. 6. ep. 4. *Nemo* est, *quin* cogitet, quam sit metuendus iratus victor armatus. Id. 5. Tusc. 22. Adhuc *neminem* novi poetam, *qui* sibi *non* optimus videretur.

Nemo, nisi.

2 Alias cum *nisi*. Cic. l. 10. ep. 6. Quorum *nemo* Consularis habitus, *nisi* qui animo extitit in Remp. consulari. Id. de Am. 26. Assentatio nocere *nemini* potest., *nisi* ei, qui eam recipit, eaque delectatur.

Nemo præter, & præterquam.

3 Nonnunquam cum *Præter*. Cic. l. 1. ep. 5. Amicum ex Consularibus tibi *neminem* esse video, *præter* Hortensium. Id. At. l. 1. ep. 1. Sed hæc *præter* me, *nemini* videntur. Liv. l. 23. c. 8. Is convivio *neminem* Campanum, *præterquam* hospitem, adhibiturus erat.

Nemo alius.

4 *Nemo* aliquando conjungitur cum *alius*. Cic. Att. 11. ep. 9. *Alium*, cui illam commendem, habeo *neminem*. Id.

pro

pro Mil. 17. *Neminem alium*, nisi Patinam rogavit.

Nemo unus.

5 Aliquando cum *unus* copulatur, & vehementer negat. Cic. 5. Tusc. 36. *Nemo* de nobis *unus* excellat. Liv. l. 2. c. 12. *Neminem unum* esse, cujus magis opera putet Remp. restitutam. *Niuno affatto.*

Nemo non, nemo neque, nemo ne quidem.

6 Aliquando cum aliis negationibus societatem init. Liv. l. 38. c. 50. *Nemo* unquam *neque* melius, *neque* verius laudatus est. Id. l. 3. c. 11. *Nemo non* lingua, *non* manu promptior in civitate habebatur. Cic. 3. Off. 9. *Nemo ne* suspicatus *quidem* est.

Non nemo.

7 *Non nemo* idem est, ac *quidam*. Cic. pro Leg. Man. 21. Erat *non nemo* in Senatu, qui diceret, &c.

CAPUT CVII.

De Adverbio NEMPE.

Nempe pro Certe.

1 N*Empe* idem fere est ac *certe*, aut *scilicet*. Cic. in Brut. 3. *Nempe* cum dicis, qui, &c. *Sì sì t' intendo, tu vuoi dir colui*. Id. Partit. 12. *Nempe* igitur ea restant. Id. pro Flac. 37. Si tantam pecuniam Flacco dat; *nempe* idcirco dat, &c.

Nem-

Nempe pro *Numquid*.

2 Interdum interrogat; atque usurpatur pro *Numquid*. Plaut. Rud. 4. 4. *Nempe* hic tuus est? Id. Menœch. 5. 7. *Nempe* jubes? Cic. 5. Tusc. 5. *Nempe* negas ad beate vivendum satis posse virtutem? *Tu lo nieghi, non è così?*

Nempe, approbantis.

3 Nonnunquam in responsione approbantis est. Plaut. Trin. 2. sc. 2. Bene ego illi volo facere, si tu non abnuis. Ph. *Nempe* de tuo. *Sia, ma del tuo*.

Nempe interrogationi subjectum vim habet amplificandi.

4 Sæpe interrogationi subjicitur Cicer. 10. Phil. 3. Legiones abducis a Bruto; Quas? *nempe* eas, quas ille ab Antonii scelere avertit. Id. pro Mil. 3. In qua tandem urbe hæc homines stultissimi disputant? *nempe* in ea, quæ, &c.

Admonitio.

5 *Nempe* pro *Id est* raro admodum usurpari solet in explicatione, aut enumeratione multarum rerum, sed ejus loco *Nimirum*, aut *Videlicet* usurpatur. Cicer. pro Rosc. Am. 44. Opinor esse in lege, quam ad diem proscriptiones, venditionesque fiant, *Nimirum ad* Kalen. Junias. Lege *Nimirum*, & *Videlicet*.

CAPUT CVIII.
De NIHIL.

Nihil pro *Non*.

1 Nihil interdum usurpatur pro *Non*. Cic. 1. Philip. 6. *Nihil* dico, quis fue-

fuerit L. Brutus. Id. 2. Agr. 23. Beneficio isto legis Pompejus *nihil* utitur: Id. Parad. 1. c. 1. Hoc tamen opus in apertum ut proferas, *nihil* postulo. *Non ti dimando*.

Nihil aliud adverb.

2 Aliquando assumit *aliud*, quæ vox habet vim adverbii. Liv. l. 2. c. 4. *Nihil aliud* ad eum nuncium a proposito aversus, quam ut, &c. Cic. Ver. 1. c. 58. Si *nihil aliud*, saltem, ut videret, &c.

Nihil nisi.

3 *Nihil* sæpissime assumit *Nisi*. Cic. l. 16. ep. 6. *Nihil* laboro, *nisi* ut salvus sis. Id. At. l. 9. ep. ib. *Nihil* video quod timeam, *nisi* quod omnia sunt incerta.

Nihil, *præter*; *Nihil*, *præterquam*.

4 Interdum *Præter*. Cic. l. 4. ep. 4. Ut si Romæ sis, *nihil* te, *præter* tuos, delectare possit. Liv. l. 2. c. 56. *Nihil*, *præterquam* de lege, loquebatur.

Nihil aliud, *nisi*: *Nihil aliud*, *quam*.

5 *Nihil aliud nisi* usitatissimum est. Cic. pro Rosc. Am. 27. *Nihil aliud* fecerunt, *nisi* rem detulerunt. *Non fecero altro, che rapportare la cosa*. Id. At. l. 7. ep. 4. *Nihil aliud* me consolatur, nisi quod illum non arbitror, &c. Id. ad Qu. Fr. l. 2. ep. 9. *Nihil* dicam *aliud*, *nisi* verebor, ne quando tibi ego molestus sim.

6 *Nihil aliud quam* minus usitatum est apud Cic., apud Cæs., & alios frequentius. Cic. pro Rab. c. 2. Agitur enim in hac causa Quir. *nihil aliud*, *quam* ut nul-

nullum fit posthac in Rep. publicum consilium.

Nihil est quod.

7 *Nihil est quod* pulcherrimos usus habet. Cic. Fam. 7. ep. 9. *Quod* huc properes, *nihil est*. Id. Fam. 9. ep. 26. *Nihil est, quod* adventum nostrum extimescas. *Non hai motivo di temere, &c.*

Nihil nec, nihil neque.

8 *Nihil* libenter conjungitur cum negationibus *nec*, & *neque*. Cic. 3. Off. c. 8. *Nihil nec* tetrius, *nec* fœdius excogitari potest. Id. pro Rosc. Am. c. 28. *Nihil neque.* Acerbius *neque* iniquius proferri potest.

Non nihil.

9 *Non nihil* idem valet, ac *aliquid*. Cic. Fam. 13. ep. 2. Reip. fortasse *non nihil* profuissem. Id. Fam. 4. ep. 14. Hoc in periculo *non nihil* me consolatur, &c.

Nihil quiquam.

10 *Nihil* aliquando assumit *quiquam* ad majorem negationem. Cic. de Orat. l. 1. Sine quo in vita *nihil quiquam* egregium. *Niente affatto.*

Nihil unum.

11 *Nihil unum* habet Livius l. 41. c. 20. non tamen videtur imitandum.

Nihil est unde, nihil est quo.

12 Dicitur etiam *nihil est unde*, *nihil est quo*. Cic. pro Flac. *Nihil est unde* proficiscantur, *nihil quo* revertantur.

Nihil, ne quidem.

13 *Nihil* quamvis assumat *Ne quidem*, vim tamen negandi retinet. Cic. At. l. 9. ep. 1.

ep. 1. Mirabar *nihil* allatum esse, *ne* rumoris *quidem*. *Ne meno di bisbiglio*. Id. ad Qu. Fr. l. 3. ep. 1. Ad eas ego ei litteras *nihil* rescripsi, *ne* gratulandi *quidem* causa. *Nè meno per congratularmi*.

Nihil, quin. *Nihil, quod non*.

14 Cic. ad Qu. Fr. lib. 3. ep. 3. *Nihil* prætermisi quadam epistola, *quin* enucleate ad te prescriberem. Id. At. l. 2. ep. 17. *Nihil* est, *quod non* timendum sit. Id. 2 Phil. 10. Ego *nihil* pretermisi, *quod* Pompejum a Cæsaris conjunctione avocarem. Idest *quominus*.

Nihil, quominus, quamobrem non.

15 Cic. ep. Brut. 12. *Nihil* affertur, *quominus* summa supplicia nobis subeunda sint. Id. l. 6. ep. 13. Considerare debes, *nihil* tibi esse committendum, *quamobrem* eorum, quos laudas, *non* te similem præbeas.

Nihil, cur, quare, quamobrem.

16 Cic. l. 9. ep. 6. Quod ego *cur* nolim, *nihil* video. *Non veggo, per qual cagione non debba io volere*. Id. At. l. 11. ep. 22. Mihi quidem *nihil* in mentem venit, *quare* id putem fieri posse. Id. 5. Fin. 26. *Nihil* est aliud, *quamobrem* nihil percipi posse videatur. *Non v' è cagione, per la quale*.

Nihil minus, nihil magis.

17 Cic. At. l. 2. ep. 4. *Nihil minus* velim, quam Pomponium, & puerum versari in timore ruinę. *Non è cosa ch' io meno voglia*. Id. l. 1. ep. 5. *Nihil magis* quam perfidiam, timemus.

Ni-

Nihil, cum Comparativo.

18 *Nihil*, eleganter etiam cum locis & personis comparatur. Cicer. At. 4. ep. 8. *Nihil* quietius, *nihil* falsius, *nihil* amœnius. *Il più ritirato, il più fresco, il più ameno luogo del Mondo*. Id. At. 6. ep. 2. Tyronem ægrum Patris reliqui, adolescentem probum; *nihil* vidi *melius*.

Nihil potius; *Nihil antiquius*.

19 *Nihil antiquius*, *Nihil potius* eandem vim habent. Cic. 6. de Rep. c. 1. *Nibil* mihi *potius* fuit, quam ut Massinissam convenirem. Id. At. l. 2. ep. 22. Ut omnes intelligerent, *nihil* sibi *antiquius* amicitia nostra fuisse.

Nihilo cum Comparativo

20 *Nihilo* semper cum comparativo copulatur. Cic. 2. Fin. 27. *Nihilo beatior* Jupiter, quam Epicurus, dempta æternitate. Id. 7. Ver. 31. *Nihilo diligentior* ad classem ornandam, milites revocandos, alendosque esse cœpit.

Nihilo magis, *Nihilo minus*.

21 Cic. 2. de Div. 50. Sed ea sumitis, quibus concessis, *nihilo magis* efficiatis, quod vultis. Id. pro Mil. 7. Minus dolendum, re non perfecta; sed puniendum certe *nihilo minus*. Id. 5. Phil. 9. Legati proficiscantur; bellum *nihilo minus* paretur. *Non punto meno di quel, che si fa*.

Admonitio.

22 *Nihilominus* pro *Tamen* I. cum antecedit *Etsi*, *Quamquam*, aut aliquid simile usitatum non est. Non desunt tamen

men exempla. Cic. 1. de Inv. c. 4. *Nihilominus* eloquentiæ ſtudendum eſt, *etſi* ea quidam abutuntur.

Nihilominus tamen; nihilo tamen ſecius.

23 *Nihilominus*, & *nihilo ſecius* conjunguntur cum *tamen*; ſed non frequenter. Cic. Fam. 4. ep. 13. *Tamen nihilominus* conficiur curis. Cæſ. B. C. l. 3. c. 17. *Nihilominus tamen* agi poſſe de compoſitione. Id. B. G. l. 4. c. 2. *Nihilo tamen ſecius* eos ſigillatim conciliavit.

CAPUT CIX.

De Adverbio NIMIRUM.

1 *Nimirum*, ex *Nihil*, & *Mirum* factum videtur; uſurpatur pro *Certe*, *Videlicet*, *Scilicet*. Cic. 3. Tuſc. 33. *Nimirum* igitur, ut in cauſis, ſic in ægritudine, &c. Id. 1. de Div. c. 54. Hoc *nimirum* eſt illud, quod de Socrate accepimus. Id. At. 12. ep. 11. Itaque *nimirum* hoc illud eſt, quod Cæſar ſcribit in ea epiſtola. Id. 1. de Or. c. 5. Sed *nimirum* majus eſt hoc quiddam, quam homines opinantur. Id. in Brut. 21. Et *nimirum* is princeps ex Latinis iſta tractavit. Id. de Am. 15. Hæc enim eſt Tyrannorum vita *nimirum*, in qua nulla fides. *In vero, per certo.*

CAPUT CX.

De Adverbio NIMIUM.

1 NImium sæpe adverbium eſt, idemque declarat, quod *nimis*. Cic. 5. Fin. 27. Nemo *nimium* beatus eſt. Id. 1. Cat. 5. *Nimium* diu te Imperatorem illa tua Manliana caſtra deſiderant. Id. pro Cluen. c. 46. Ne *nimium* multi pœnam capitis ſubirent, idcirco illa ſortitio comparata eſt. *Troppi*. Id. 2. Fin. 13. Quod vos interdum, vel *nimium* ſæpe dicitis. Id. 2. de Or. c. 21. Verbis effervefcentibus, & paulo *nimium* redundantibus. *Un poco troppo*.

Nimium quantum.

2 *Nimium quantum* eſt *Mirum quantum*. Cicer. Or. 26. Sales in dicendo *nimium quantum* valent. Id. 4. Fin. 25. Zeno dicit differre inter honeſtum & turpe *nimium quantum*, neſcio quid immenſum. *Tanto che non ſi può dir più*.

Nimio plus.

3 *Nimio plus* ſignificantius eſt, quam *Nimium*. *Nimio plus* te diligo. *Tanto che è troppo*. Liv. 2. c. 37. *Nimio plus* quam velim, noſtrorum ingenia ſunt mobilia.

CAPUT CXI.

De Conjunctione NISI, & NI.

1 NIſi proprie eſt *Si non*. Cicer. pro Cluen. c. 2. Nomen judicium admit-

mittemus, *nisi* ex ipsis causis judicabimus. Id. At. 8. ep. 7. *Nisi* me omnia fallunt.

Nisi pro *Dumtaxat*.

2 *Nisi* pro *dumtaxat* aliquando adhibetur. Cic. pro Rosc. Am. c. 35. *Nisi* hoc video, Capitonem in his bonis esse socium. Plaut. Epid. a. 2. sc. 2. *Nisi* ea, quæ vis, volo.

Nisi pro *Præter*, vel *Præterquam*, vel *Verumtamen*.

3 Interdum pro *præter* usurpatur. Cicer. de Am. 5. Negant enim quemquam virum bonum esse, *nisi* sapientem. Id. 1. Tusc. 31. Quid tum agimus, *nisi* animum ad se ipsum vocamus? *Che facciamo altro, che chiamar l'animo a se stesso?* Id. l. 13. ep. 74. De te nihil possum judicare, *nisi* illud mihi certe persuadeo. *S'e non che*. Id. de Am. 5. Sed hoc primum sentio, *nisi* in bonis amicitiam esse non posse. *Fuor che ne' buoni*. Cic. Att. 11. ep. 6. Omnino hæc eodem modo ex hac parte fiunt, *nisi* quod illud erat infinitum.

Nisi quod.

4 Cic. l. 13. ep. 1. Cum Patrone Epicureo mihi omnia communia sunt, *nisi quod* in Philosophia vehementer ab eo dissentio. Id. Att. 2. ep. 1. Hoc me delectat, *nisi quod*, &c. Id. in Or. 25. Hunc, *nisi quod* solum, cæteroquin recte quidam vocant Atticum.

Nisi ut, *nisi ne*, *nisi ut ne*.

5 Cic. pro Cæl. c. 13. Quid est aliud

quod

quod nos patroni facere debeamus, *nisi ut* eos, qui infectantur, repellamus? Id. 4. Acad. 2. Non aliud quidquam videndum est nobis, *nisi ne* quid privatis, &c. Id. At. 13. ep. 20. Quicquam ne me putas curare, *nisi ut* ei *ne* desim?

Nisi si, pro *Nisi*.

6 *Nisi* interdum adsciscit *Si* elegantiæ causa. Ter. And. 1. 5. *Nisi si*, id quod suspicor, aliquid monstri alunt. Id. Adelph. 4. 3. *Nisi si* me in illo credidisti esse hominum numero. *Se già!* Cic. 2. de Or. c. 58. Miseros illudi nolunt Rhetores, *nisi si* se forte jactant. *Se però*.

Nisi quis, *Nisi si quis*.

7 Pro *Nisi aliquis*, *Nisi quis*, vel *Nisi si quis* eleganter dicitur. Cicer. Att. 1. ep. 13. *Nisi quis* nos Deus respexerit. Id. in Brut. 13. *Nisi quid* de Epaminonda suspicari licet. Id. 2. Cat. c. 4. *Nisi* vero *si quis* est, qui Catilinæ similes cum Catilina sentire non putet. Id. Att. 2. ep. 3. *Nisi si quid* erit, &c. *Se però non ci sarà qualche cosa, ec.*

Non nisi; *Nisi non*.

8 Plaut. Amph. *Non* loquar, *nisi* pace facta. Cic. l. 1. ep. 1. Quoniam tu *nisi* perfecta re, de me *non* conquiesti. Cæs. l. 3. de B. C. c. 87. Juravit se, *nisi* victorem in castra *non* rediturum. *Non prima, che*,

Admonitio.

9 Adverte duas hasce particulas non inveniri simul conjunctas apud elegantis-

tissimos scriptores. Inveniuntur tamen apud alios. Cels. l. 6. c. 1. *Non nisi* in singulis partibus. Quintil. l. 10. c. 1. *Non nisi* optimus quisque legendus est. Plin. l. 4. ep. 13. Eam pecuniam *non nisi* dignus accipiat.

Nisi forte; & *Nisi vero*.

10 *Nisi forte*, & *nisi vero* in principiis fere Ironiæ serviunt. Cicer. de Fat. *Nisi forte* volumus Epicureorum opinionem sequi. *Se già noi non vogliamo*. Id. pro Mil. c. 3. *Nisi vero* existimamus dementem P. Africanum fuisse, qui, &c. Id. pro Sul. c. 9. *Nisi vero* paucos fuisse arbitramini qui, &c. *Se però voi non pensate, ec.*

Ni pro *Nisi*.

11 *Ni* pro *nisi* usurpatur, sed non frequenter extra carminis necessitatem. Cic. 1. De Nat. Deor. Hoc *ni* ita esset, cur non gestiret &c. Id. Fam. 7. ep. 13. Moriar, *ni* puto, &c.

CAPUT CXII.

De particula Non.

Non at, *Non sed*, *Non verum*.

1 NOn assumit sæpe *At*, *Sed*, *Verum*. Cic. pro Plan. c. 28. *Non* valuit rebus iisdem, quibus forte nonnulli, *at* valuit assiduitate, at valuit observandis amicis, valuit liberalitate. Id. l. 1. ep. 9. Tantum dicam, *non* mihi exercitum, *sed* duces defuisse. Id. 6.

Ver. 3. Erant præterea duo ſigna *non* maxima, *verum* eximia venuſtate.

2 Interdum additur *Certe*, aut *Tamen* |. Cic. Att. 9. ep. 9. Tum poterimus deliberare, *non* quidem integra re, *ſed certe* minus fracta. Id. 1. Off. 31. Tenenda ſunt ſua cuique *non* vitioſa, *ſed tamen* propria. *Non già difettoſe ma però*.

Non etiam.

3 Alias adſciſcit *Etiam*. Cicer. in Or. 71. Sed ejuſmodi tamen infantia, ut ea qui utantur, *non* ſtulti homines haberi poſſint, *etiam* plerumque prudentes. *Anzi d' avantaggio*.

Non dico, ſed, non dicam, ſed non dico, verum.

4 Cic. l. 11. ep. 17. Magna ſunt ejus in me *non dico* Efficia, *ſed* merita. Id. pro Sext. 20. Depugnarem cum ſummo *non dicam* exitio, *ſed* periculo certe veſtro. Id. pro Cæſ. 13. *Non dico* inuſitatum, *verum* omnino inauditum.

Non quin; pro *non quod non*.

5 Cicer, l. 16. ep. 24. *Non quin* confiderem diligentiæ tuæ, ſed rei me maguitudo movebat. *Non ch' io non mi fidaſſi*. Id. ad Quin. Fr. l. 1. ep. 1. *Non quin* poſſint multi eſſe provinciales viri boni, ſed hoc, &c.

Non quin, ſed quia, vel *ſed quod*.

6 Cicer. At. 7. ep. ult. *Non quin* rectum eſſet, *ſed quia* multo rectius fuit, &c. Id. l. 4. ep. 7. *Non quin* ab eo ipſe diſſentiam, *ſed quod* ea te ſapientia eſſe judicem, ut, &c. *Non perchè io sia di*

di diverso parere, ma perchè ec.

Non quod sed quod; vel *sed quia*.

7 Cic. in Or. 39. *Non quod* sola exornent, *sed quod* excellant. Id. 2. de Or. 75. In quo ego *non quod* libenter male audiam, *sed quia* causam non libenter relinquo, &c.

Non quo, sed; *Non quo, sed tamen*.

8 *Non quo* sæpe usurpatur pro *Non quod*, insequente *Sed*, vel *sed tamen*. Cic. Att. l. 16. ep. 15. *Non quo* ea sit mihi quicquam carius, aut esse debeat, *sed* desperatis, &c. *Non perchè*. Id. in Brut. c. 21. *Non quo* illa Lælii quicquam sit dulcius, aut, &c. *sed* multo *tamen* vetustior, & horridior ille, quam Scipio.

Non quo, sed quod, sed quia; *verum quia*.

9 Etiam sequente *Quod*, vel *Quia*. Cic. Fam. 6. ep. 4. *Non quo* ego certo scirem, *sed quod* non difficilis erat conjectura. Id. Fam. 12. ep. 17. *Non quo* de tua constantia dubitem, *sed quia* mos est ita rogandi, rogo. *Non che, ma perchè*. Id. pro Cæc. c. 20. *Non quo* idem sit servulus unus, quod familia: *verum quia*, non quibus verbis quidque dicatur, quæritur, sed que res agatur. *Non perchè sia, ec.* Sed al. leg. *quod*. Consule etiam cap. CLXII. n. 8. 9.

Non si, propterea, vel *idcirco*, vel *ideo*.

10 Cic. Top. 16. *Non* enim *si* sine patribus filii esse non possunt, *propterea* &c. Id. 2. de Or. 40. *Non si* Opimium defendisti, Carbo, *idcirco* te isti civem

 bo-

bonum putabant. *Non però ec.* Id. pro Cæl. c. 9. *Non si* causa justa est, *ideo* vobis quoque &c.

Non modo, sed; sed vix; sed etiam; verum etiam.

11 *Non modo*, & *neque modo* adsciscit *sed*; *Sed vix*; *Sed etiam*; *Verum etiam*. Cicer. post red. in Sen. 4. Ii me duo *non modo* deseruerunt, *sed* prodiderunt. Id. l. 4. ep. 1. Itaque mihi venire in mentem nihil potest, *non modo* quod sperem, *sed vix* jam, quod audeam optare. Id. de Sen. 11. Tenebat *non modo* auctoritatem, *sed etiam* imperium in suos. Id. l. 16. ep. 6. *Non modo* dignitas nulla erat, *sed etiam* summa deformitas. Id. pro Mil. 1. *Neque* auxilium *modo*, *verum etiam* præsidium pollicentur.

Non solum, sed; sed etiam; sed quoque; verum etiam.

12 *Non solum* jungitur cum *Sed*, *sed etiam*, *Sed quoque*, *Verum etiam*. Cicer. l. 1. ep. 6. Qui omnibus negotiis *non* interfuit *solum*, *sed* præfuit. Id. de Am. 15. *Non solum* fortuna cæca est, *sed* eos *etiam* plerumque efficit cæcos, quos complexa est. Id. pro Cæcin. Dixi *non solum* re, & sententia, *sed* verbis *quoque*. Id. 1. de Nat. Deor. 22. *Non* Poeta *solum* suavis, *verum etiam* cæteroquin doctus. Id. l. 4. ep. 3. *Neque* id *solum* mea sponte, *sed* multo *etiam* magis, monente, & denunciante te.

Non tantum.

13 *Non tantum* pro *non modo*, vel *non so-*

solum easdem regit particulas, eodemque modo construitur; sed non est eque familiare elegantissimis Scriptoribus.

Non modo non, sed; sed etiam; verum etiam.

14 *Non modo non* junctum cum *Sed*, *Sed etiam*, *Verum etiam* idem est, quod *Tantum abest ut*. Cicer. post red. in Sen. 15. *Non modo* a Senatu *non* est restitutus, *sed* reditu suo Senatum pene delevit. Id. Att. 3. ep. 15. Dies *non modo non* levat luctum hunc, *sed etiam* auget. Id. Att. l. 16. ep. 7. Tu id *non modo non* prohibebas, *verum etiam* approbabas.

Admonitio.

15 Videndum, ne temere altera negatio, cum requiritur, omittatur. Neque enim recte diceretur: Tu id *non modo* prohibebas, *verum etiam* approbabas; & alia eodem modo.

Non modo, sed ne quidem, pro *Non dico.*

16 *Non modo* pro *non dico* interdum assumit *Sed ne quidem*. Cic. l. 1. ep. 9. *Non modo* dignitatis, *sed ne* libertatis *quidem* partem reliquit. Id. l. 1. ep. 8. Nullam partem tuorum meritorum *non modo* referenda, *sed ne* cogitanda *quidem* gratia consequi possum. Id. At. 15. ep. 26. Nec quicquam posthac, *non modo* tantum, *sed ne* tantulum *quidem* præterieris. *Non dico tanto, ma nè pur tantino.*

Non modo non, sed ne quidem.

17 *Non modo non, sed ne quidem* usurpari

pari solet pro *Tantum abest*. Cic. l. 10. ep. 10. Cujus rei *non modo non* præteriit tempus, *sed ne* maturum *quidem* etiam nunc meo judicio fuit. Id. l. 13. ep. 29. *Non modo* ut *non* præesset ulli negotio, *sed* etiam *ut ne* interesset *quidem*.

Non modo pro *Non modo non*.

18 Interdum *Non modo*, ut Paul. Manut. observavit lib. 1. ep. Fam. ep. 9. usurpatur pro *Non modo non*. Cic. l. 10. ep. 7. Regnum *non modo* Romano homini, sed ne Persæ quidem tolerabile. Id. At. 11. ep. 22. Mihi *non modo* irasci, gravissima injuria accepta, sed ne dolere quidem impune licet.

Non modo postpositum pro *nedum*, aut *ne dicam*.

19 Interdum *Non modo* subjicitur pro *Nedum*. Cic. 2. Phil. 41. Quos clientes nemo habere velit, *non modo* esse eorum cliens. Id. At. 14. ep. 19. Ne licere quidem, *non modo* non libere. Id. At. l. 8. ep. 16. Nihil prætermissum est, quod non haberet sapientem excusationem, *non modo* probabilem. *Non che*.

20 Alias pro *ne dicam*. Cic. l. 2. ep. 19. Magis hercule, quam vellem, *non modo* quam putaram. Id. l. 4. ep. 14. Secundas etiam res, *non modo* adversas pertimescebam. *Per non dire*.

Non solum postpositum.

21 *Non solum* interdum subjicitur, item ut *non modo* pro *ne dicam*. Cic. l. 12. ep. ult. Vultus suos mihi expressit omnes, *non solum* animum, ac verba protulit.

Id.

Id. *l.* 2. ep. 21. Ut ipse etiam sibi, *non* iis *solum*, qui aderant, displicebat.

Non possum quin; non possum facere quin.

22 Cic. 2. de orat. c. 10. *Non possum quin* exclamem. *Non posso a meno di non esclamare*. Id. Fam. 6. ep. 14. *Facere non potui quin* tibi sententiam declararem meam.

CAPUT CXIII.

De Adverbio NONDUM.

1 NOndum significat *adhuc non*, & aliquando assumit *cum*, aliquando *sed*. Cic. pro Rosc. Am. c. 34. *Nondum* lucebat, *cum* Ameriæ scitum est. *Non ancora, quando*. Id. pro Sestio c. 33. Respirasse homines videbantur *nondum* re, *sed* spe Reip. recuperandæ.

CAPUT CXIV.

De Pronomine NULLUS.

1 NUllus, dictus quasi *non ullus*, latius patet, quam *nemo*. Quippe *nemo* de hominibus tantum dicitur; *nullus*, *nulla*, *nullum* de rebus omnibus.

Nullus pro *Non*.

2 *Nullus* interdum pro *non* usurpatur. Teren. Eun. Memini, tametsi *nullus* moneas. *Quantunque tu non me lo ricordi*. Cic. At. 11. ep. 22. Philotimus non

modo *nullus* venit, sed ne per litteras quidem, aut per nuncium certiorem me fecit, ideſt nondum venit. *Non ſolamente non è mai comparſo*. Id. 1. de Or. cap. 9. Quod niſi feciſſet, rempub. quam nunc vix tenemus, jamdiu *nullam* haberemus. Id. 1. Tuſc. 6. Miſeri ob id ipſum, quia *nulli* ſunt. *Perchè non ſono*.

Nullus pro *nullius momenti*.

3 Alias *Nullus* eſt *Nullius momenti*. Cic. l. 7. ep. 3. Ex eo tempore vir ille ſummus, Imperator *nullus* fuit. *Non fu Imperador d' alcun valore*. Id. At. 14. ep. 13. Ad miſeram, ſeu *nullam* potius remp. Id. 2. de Leg. 6. Igitur Tutias, & Apulejas leges *nullas* putas? *Penſi, che non vagliano?*

Nullus, *niſi*; *extra*; *præter*; *præterquam*.

4 Jungitur ſæpe *Nullus* cum *Niſi*, *Extra*, *Præter*, *præterquam*. Cicer. l. 5. ep. 5. Statueram *nullas* tibi litteras mittere, *niſi* commendatitias. *Di non ti mandar' altre lettere, che di raccomandazione*. Id. in Or. c. 56. *Nullus* eſt igitur numerus, *extra* poeticos. *Fuor de' poetici*. Id. At. l. 5. ep. 3. Ad quas litteras tibi reſcribi velis, neſcio; *nullas* enim acceperam *præter* eas, &c. Id. Fam. 3. ep. 7. *Nullas* iis, *præterquam* ad te, & ad Brutum dedi litteras.

Nullus, *quin*; *qui non*; *in quo*.

5 Cic. At. l. 1. ep. 1. Dies fere *nullus* eſt, *quin* hic Satyrus domum meam ventitet. *Non è quaſi mai giorno, che non venga*.

ga. Id. At. l. 7. ep. 15. *Nullum* intermisi diem, *quin*, &c. Id. l. 2. ep. 16. *Nulla* est acerbitas, *quæ non* omnibus impendere videatur. Id. de Prov. Conf. *Nullum* bellum civile fuit, *in quo*, &c. *Non v' è nata guerra*, ec.

Nullus unus.

6 *Nullus unus* eandem vim habet, ac *nemo unus*, hoc est vehementer negat. Cic. de Prov. Conf. c. 4. *Unum* signum Bizantii ex maximo numero *nullum* haberent. *Niuno affatto*. Id. in Brut. c. 59. *Nulla* re *una* magis oratorem commendari, quam verborum splendore.

Nonnullus pro *quidam*.

7 Cic. Fam. 3. ep. 8. Tua tamen culpa *nonnulla* est. Id. Agr. 2. c. 1. *Nonnulli* aliquando digni majorum loco reperiuntur.

CAPUT CXV.

De Conjunctione NUNC.

Nunc cum; *Nunc dum*; *Nunc quando*.

1 NUnc sæpe adsciscit *Cum*; aut *Dum*; aut *Quando*. Teren. Heaut. *Nunc cum* sine magno detrimento non potest haberi. *Ora che*. Id. Adelph. Sineres *nunc* facere, *dum* per ætatem libet. Cic. l. 18. ep. 56. *Nunc quando* mihi ab amico officiosissimo tantum oneris imponitur.

Nunc tum; *Nunc olim*;

Nunc quondam.

2 Alias assumit *Tum*, aut *Olim*, aut

Quondam. Cic. l. 6. ep. 1. Tu illum animum *nunc* adhibe, quæso, quo me *tum* oportere esse censebas. Teren. Heaut. 2. 1. Ex sua libidine moderantur patres, quæ est *nunc*, non quæ *olim* fuit. Cic. 1. Or. 42. Quæ sunt conclusa *nunc* artibus, disperfa & dissipata *quondam* fuerunt.

Nunc pro *Modo*.

3 Interdum usurpatur pro *modo*. Cic. At. l. 1. *Nunc* reus erat apud Crassum divitem Vectius de vi. Id. in Brut. Vidi nuper, & *nunc* videbam de ea re. *Pur ora*.

Nunc jam.

4 *Nunc jam*. Cicer. l. 12. ep. 12. *Nunc jam* sum expeditus. *Già ormai sono sbrigato*. Id. 6. Ver. Patior non moleste, Judices, eam vitam, quæ mihi sua sponte ante jucunda fuerit, *nunc jam* mea lege, & conditione necessariam futuram. *Ormai*.

Nunc vero post *Si*.

5 *Nunc vero* subjici solet in comparatione rei fictæ, augendi gratia. Cic. pro Font. c. 11. *Si* M. Fontejum, Jud. in causa deficerent omnia, tamen esset vobis magnopere providendum, &c. *nunc vero*, cum lædat nemo bonus, &c. Idem 7. Ver. 67. *Si* hoc non apud cives Roman. &c. sed ad saxa, & solitudines conqueri, ac deplorare vellem, tamen, &c. *nunc vero*, cum loquar apud Senatores pop. Rom. &c. *Ma ora ch' io parlo*.

Nunc

Nunc in transitionibus.

6 *Nunc* aliquando transitioni servit: Cic. Fam. 15. ep. 21. *Nunc* ad epistolam venio, &c. Idem ad Attic. l. 5. ep. 21. Habes consilia nostra; *nunc* cognosce de Bruto.

Nunc primum; *Nunc demum*; *Nunc denique*.

7 Cic. Verr. 4. c. 8. *Nunc primum* hoc aures tuæ crimen accipiunt. Idem Attic. 16. epist. 3. *Nunc demum* rescribo his litteris, quas mihi misisti. Id. de Prov. Cons. c. 13. *Nunc denique* est perfectum, ut &c.

CAPUT CXVI.

De Conjunctione NUM.

Num cum interrogatione. *Num ne*.

1 NUm interrogationi plerumque servit, & tum initio ponitur, tum subjicitur. Cic. 2. Acad. 16. *Num* censes Ennium dixisse? *Pensi tu forse?* Idem 1. de Orat. 9. In Numa Pompilio ~~num quod~~ eloquentiæ vestigium apparet? Idem 1. Cat. 6. Interrogas me, *num* in exilium? non jubeo.

2 Interdum adsciscit *ne* vehementius interrogandi gratia. Cic. 6. de Rep. 4. *Num ne* aspicis, quo in templo verseris? Id. 1. de Nat. Deor. 31. Deum ipsum *num ne* vidisti? *Dimmi, hai tu mai veduto Dio?*

Num quis, Num quae, Num quod, Num quid.

3 *Num* sæpe jungitur cum pronomine *Quis*, *Quæ*, *Quod*. Terent. Eun. 3. 5. *Num quis* hic eft? nemo eft. Cic. At. 13. epift. 8. *Num quis* fundus in agro Nolano venalis fit. *Se vi è qualche podere da vendere.* Id. pro Dejot. c. 7. *Num quæ* trepidatio? *Num qui* tumultus? *num quid*, nifi moderate? Id. 2. Acad. *Num quid* horum probat nofter Antiochus? *Ecci cosa di queste?*

Num quid vis, difcedentis.

4 *Num quid vis* interrogatio erat in difceffu ufitata. Terent. Eun. 2. 3. Hæc dum dicit, abiit hora: rogo *num quid velit*. Cic. Att. l. 6. epift. 3. Neque, cum poftea in caftra veniffet, atque inde difcederet, *num quid vellem*, rogavit. Id. Att. l. 5. ep. 2. Cum me fpectans e fua villa, *num quid vellem*, rogaffet. *Avendo pigliato commiato da me*. Idem ad Q. Fr. l. 2. ep. 2. Te puto fæpe habere, qui, *num quid* Romam *velis*, quærant. *Se tu vuoi niente per Roma*.

Num quid nam.

5 *Num quid nam* vehementius interrogat. Ter. Eun. 2. 2. *Numquid nam* hic, quod nolis, vides? *Or vedi tu cosa qui, che non ti piaccia?* Cic. 2. de Or. c. 3. *Num quid nam*, inquit, novi? *Bene, v'è qualche cosa di nuovo?* Id. Partit. 7. *Numquid nam* de Oratore ipfo reftat? *Restavi forse niente?*

Numquid *præterea*?

6 *Numquid præterea* ad extremum urgentis eft. Cic. pro Quin. cap. 13. *Numquid* præ-

praterea ? Bene, c' è altro mai ? Ecci mai altro ?

Numquid pro num.

7 *Numquid* pro simplici *num* eleganter usurpatur. Cic. 2. de leg. c. 2. *Numquid* vos duas habetis patrias ?

Num quando pro *num aliquando*.

8 Cic. in Vatin. c. 6. Quæro, *num quando* tibi moram attulerit Senatus.

CAPUT CXVII.

De Conjunctione NUMQUAM.

Numquam dum.

1 TErent. Adelph. 2. sc. 1. *Numquam, dum* ego adero, hic te tanget. *Non ti toccherà mai costui, finchè io sarò presente*.

Numquam ni, , *vel nisi*.

2 Liv. l. 2. c. 28. *Numquam* unum militem habituros, *ni* præstaretur fides publica, &c. Cic. At. l. 2. ep. 17. *Numquam*, huc venissent, *nisi* ad alias res pestiferas sibi aditum compararent. Id. Att. l. 6. ep. 6. *Numquam nisi* honorificentissime Pompejum appellat.

Numquam, quin.

3 Cic. l. 2. ep. 10. Equidem *numquam* domum misi unam epistolam, *quin* esset ad te altera. *Io per me non mai scrissi una lettera a casa, che non ve ne fosse un' altra per te*. Ter. Adelph. 3. 1. *Numquam* unum intermittit diem, *quin* semper veniat. *Non lascia pur mai un giorno, che en venga*.

Numquam sed .

4 *Numquam* recipit aliquando particulam *sed* sibi adversantem . Cicer. Fam.3. ep. 8. Hos ego sermones lacessivi *numquam* , *sed* non valde repressi .

Nonnumquam .

5 *Nonnumquam* ponitur pro *interdum* . Cic. 1. Divinat. c. 14. Conjectura fallit fortasse *nonnumquam* , *sed* tamen ad veritatem sæpissime dirigit .

CAPUT CXVIII.

De Adverbio NUSQUAM .

1 Nusquam est *nullo in loco* . Terent. Eun. 4. 3. Ille autem bonus vir *nusquam* apparet . *Non comparisce in luogo alcuno* . Cic. 1. Tusc. 6. Ego vero *nusquam* esse illos puto . Idem de Sen. 22. Nolite arbitrari , me, cum a vobis discessero , aut *nusquam* , aut nullum fore . Idem 1. de Leg. c. 15. Sive est illa scripta uspiam , sive *nusquam* . *In niun luogo* . οὐδαμῆ .

Nusquam , nisi .

2 Cic. ep. ad Brut. 10. Spes libertatis *nusquam* , *nisi* in vestrorum castrorum præsidiis est . Id. 1. Acad. Scientiam *nusquam* esse censebant , *nisi* in animi notionibus.

Nusquam alibi .

3 Liv. l. 39. c. 38. Bellum , *nusquam alibi* erat . Id. l. 43. c. 9. *Nusquam alibi* , quam in Macedonia , bellum erat .

4 Qui-

Admonitio.

4 Quidam pro *nusquam* solent adhibere *nuspiam*: Sed hoc vel nullius est, vel solius Gellii l. 5. c. 4. si modo editiones quædam hujus Auctoris probandæ sunt.

Alii amant *nullibi*, quod ab uno Vitruvio usurpatum est lib. 7. cap. 1. ideoque vitandum.

CAPUT CXIX.

De interjectione O.

1 O Non solum vocantis est, sed etiam appellantis. Cic. Attic. l. 14. ep. 12. *O* mi Attice, vereor, ne, &c. Idem l. 10. ep. 26. *O* mi Furni, quam tu caussam tuam non nosti!

O, admirantis & prædicantis.

2 Sæpe servit exclamationi, quæ non unius est modi. Nonnunquam enim admirantis est, & prædicantis. Cic. 5. Ver. 76. *O* consuetudo peccandi, quantam habes jucunditatem in improbis, & audacibus! Id. pro Mil. c. 38. *O* terram beatam, quæ illum exceperit!

O, indignantis, ac detestantis.

3 Interdum indignantis. Cicer. 2. Phil. 2. *O* incredibilem audaciam, *o* impudentiam prædicandam. Idem At. 8. ep. 8. *O* rem turpem, & ea re miseram. Idem ibid. *O* rem lugubrem! itaque intercludor dolore. Idem 1. Cat. 1. *O* tempora, *O* mores.

O, Dolentis.

4 Alias dolentis. Cic. l. 14. ep. 4. *O* me

me perditum. Idem 7. Ver. 38. O spectaculum miserum, atque acerbum.

O, exultantis, aut lætantis.

5 Aliquando gaudio exultantis. Cic. 14. Phil. 10. O solem ipsum beatissimum, qui fugientem vidit Antonium. Ter. And. 1. sc. 1. O factum bene, beasti me. Cic. At. l. 12. ep. 4. O gratas tuas mihi, jucundasque litteras.

O, optantis.

6 Alias optantis. Cic. 2. Cat. 4. O fortunatam rempub. si quidem hanc sentinam ejecerit. Virg. Æn. 8. v. 560. O mihi præteritos referat si Jupiter annos.

O, implorantis.

7 Non raro implorantis. Cic. 7. Ver. 63. O nomen dulce libertatis! O jus eximium nostræ civitatis! O lex Porcia, legesque Semproniæ!

O, execrantis.

8 Quandoque execrantis. Cic. 11. Phil. 4. O multo miserior Dolabella, quam ille ipse, quem tu miserrimum esse voluisti. Id. 3. Ver. c. 15. O scelus, o portentum in ultimas terras asportandum.

O, irridentis.

9 Denique interdum irridentis. Cic. 3. Phil. 11. O præclarum custodem ovium, ut ajunt, lupum. Id. 6. Ver. 4. O dii immortales, præclaram defensionem. Id. 2. Ver. c. 14. O commemoranda judicia, pæclaramque existimationem nostri ordinis.

CAPVT CXX.

De Præpositione OB.

Ob pro *propter*.

1 OB sæpe est *propter*: significat autem, tum causam efficientem, tum finem. Cic. pro Marc. c. 6. Pœnas a populo Rom. *ob* aliquod delictum expetiverunt. Id. pro Font. 8. *Ob* aliquod emolumentum suum, si qui aliquid cupidius dicere viderentur. Id. 4. Ver. 32. Quanto illud flagitiosius, eum, a quo, *ob* absolvendum, pecuniam acceperis, condemnare?

Ob, pro *Ante*.

2 Interdum est *Ante*. Cic. pro Rab. Post. 14. *Ob* oculos mihi sæpe mors versata est. Id. pro Sext. c. 21. Mihi *ob* oculos exilium versatur. *Negli occhi. Dinanzi agli occhi*.

CAPVT CXXI.

De Adverbio OLIM.

1 OLim sæpe assumit *Cum*. Teren. And. 5. sc. 3. *Olim* istuc, *olim*, *cum* ita animum induxisti tuum. Cic. At. l. 12. ep. 38. Si ullæ essent necessariæ litteræ, ut erant *olim*, *cum* brevioribus diebus, tamen respondebat tempori tabellarii.

Olim nunc; *Olim tum*.

2 Alias *Nunc*, vel *Tum*. Cic. l. 15. ep. 4.

ep. 4. Eum honorem neglectum a me *olim*, *nunc* mihi expetendum puto. Teren. Phorm. 5. sc. 8. *Olim*, cum honeste potuit, *tum* non est data: nunc viduam extrudi, turpe est.

Admonitio.

3 *Olim* omnium horarum adverbium appellat Taubmannus: sed tamen illud elegantissimi Scriptores nunquam præsenti, aut futuro tempori tribuunt in soluta oratione.

CAPUT CXXII.

De Pronomine OMNIS.

1 Omnis sæpe usurpatur pro *Totus*. Cic. pro Cluen. c. 6. Sanguinem *omnem* profundere mater cupit. Id. 2. de Nat. Deor. cap. 9. Vim vitalem per *omnem* mundum pertinentem. Id. 2. Tusc. 23. In profunda voce *omne* corpus intenditur. Id. in Brut. c. 92. *Omni* huic sermoni propositum est.

Omnis pro *quicumque*.

2 Alias pro *Quicumque*. Cic. pro Rosc. Am. c. 27. Non *omnem* frugem, neque arborem in *omni* agro reperire possis. Id. 1. de Nat. Deor. c. 10. *Omne*, quod ortum est, mortalitas consequitur.

Omnis per Traductionem iteratum.

3 Eleganter *Omnis* per Traductionem iteratur. Virg. 1. Georg. Non *omnis* fert *omnia* tellus Idem Ed. 4. Non *omnia* possumus *omnes*. Cic. in Orat. 1.

Par

Par eſt *omnes omnia* experiri.

4 Sæpe valet hæc Traductio ad breviter amplificandum. Cic. pro Rab. Perd. 7. *Omnes omnium* ordinum homines. Id. 5. Tuſc. 32. *Omnes* Philoſophi *omnium* diſciplinarum. Id. At. l. 2. ep. 10. *Omnia omnium* miſeriarum pleniſsima.

Omnis abundat.

5 *Omnis* aliquando additur per pleonaſmum, nihilque ſignificat; ut cum dicimus, *plerique omnes* Attico more: dicunt enim Attici πλεῖστοι πάντες. Nepos in Eum. cap. 21. Cum *plerique omnes* perturbati admirarentur. Teren. Heaut. a. 4. ſc. 7. Dixi *pleraque omnia*.

Omnis quicunque.

6 Conjungitur ſæpe cum *quicunque*. Cicer. 2. de orat. c. 11. *Omnia*, *quæcunque* loquimur. Id. 1. Tuſc. c. 5. *Omnes*, *quicunque* nati ſunt.

CAPUT CXXIII.

De Adverbio OMNINO.

Omnino, in numero.

1 OMnino ab *Omnis* dictum, ſæpe refertur ad numerum. Cic. ad Q. Fr. l. 2. ep. 1. *Omnino* ad *ducentos*. *In tutto*. Id. pro Cluen. c. 28. *Quinque omnino* fuerunt, qui illum abſolverunt. *In tutto*.

Omnino pro *prorſus*.

2 Sæpe *Omnino* eſt *prorſus*, *quaſi*, *omni ex parte*. Cic. de Sen. 12. Epulabar

cum

cum sodalibus *omnino* modice. *Moderatamente affatto*. Id. 1. Off. 20. *Omnino* fortis animus, & magnus duabus rebus maxime cernitur. *In fatti*. *In somma*.

Omnino cum *Aut certe*, *Aut magna ex parte*; *Nequaquam*.

3 Assumit autem *Aut certe*, vel *Aut magna ex parte*, vel *Nequaquam*, aut aliquid ejusmodi. Cic. 1. Tusc. 1. *Omnino, aut magna ex parte* liberatus. *Del tutto, ovvero in gran parte*. Id. pro Balb. c. 19. *Omnino, aut certe* facilius labore alicujus, ac studio quædam consequi. Id. de Am. 19. Q. vero Maximum fratrem, virum egregium, *omnino* sibi *nequaquam* parem. *Segnalato affatto, ma non già suo pari*.

Omnino pro *Ullo modo*.

4 Sæpe etiam usurpatur pro *Ullo modo*, nimirum cum additur negatio aut aperta, aut occulta. Cic. 7. Ver. 7. Is *omnino* servus in illa familia *non* erat. *Non si trovava per immaginazione*. Id. l. 1. ep. 5. *Ne* quis *omnino* regem reduceret. *Che niun affatto*.

Omnino cum *non*, *nihil*, *vix*, *nunquam*, & *nusquam*.

5 Jungitur autem *Omnino* pro *Ullo modo* cum *Non*, *Nihil*, *Vix*, *Nunquam*, & *Nusquam*. Cic. 2. de Or. 14. Poetas *omnino non* onor attingere. *In modo alcuno*. Id. 1. Tusc. 3. Ut non multum, aut *nihil omnino* Græcis cederetur. Id. At. 3. ep. 23. *Vix*, aut *omnino non* posse fieri. *Totalmente esser impossibile*. Id. de Am. 6. Hæc autem

tem

tem omittamus, quæ *omnino nusquam* reperiuntur. Id. 2. de Or. c. 13. Theopompus, & Ephorus *omnino* causas *numquam* attigerunt. *Non mai per miracolo*.

Omnino pro *Nimirum*.

6 Interdum *Omnino* idem est, quod *Nimirum*, quia omni ex parte res affirmatur. Cic. de Am. 26. *Omnino* est amans sui virtus. *In fatti*. Id. 4. Ver. 61. *Omnino* præclare tu habes. *Ti so dire, che tu stai fresco*. Id. 1. Off. 25. Miserrima est *omnino* ambitio, honorumque contentio. *Infelicissima per certo*.

Omnino pro *Tandem*.

7 Cic. pro Marc. c. 9. Quid enim est *omnino* hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum? *Che mai è?*

Omnino junctum cum *omnis*.

8 *Omnino* junctum cum *Omnis* gravem eque,ac brevem amplificationem continet. Cic. de Am. 21. *Omnino omnium* horum vitiorum atque incommodorum una cautio est. *In somma*. Id. 2. de Or. 1. *Omnino omnis* eruditionis expers. *Ignorante affatto*. Id. At. l. 5. ep. 13. *Omnino omnia* se facturum recipit. *In ogni modo*.

CAPUT CXXIV.

De nomine, PAR.

PAr, *Æqualis* proprie est, ac sæpe absolute ponitur. Cic. 1.de Nat. Deor. c. 10. Cui celeritati *par* nulla ne cogitari quidem potest. Id. l. 4. ep. 9. Aut *par*, aut certe proximus sum illi. Idem pro Balb. c. 1. Ingenium minime voluntati *par*.

Ad-

Admonitio.

2 Quoties ætas, tempusque spectatur, non *par alicui*, aut *alicujus*, nisi addatur *Ætate*, *Annis*, aut aliquid hujusmodi, sed *Æqualis* dici solet.

Par atque unus.

3 Duo hæc nomina aliquando junguntur ad majorem sententiæ vim. Cic. 2. de orat. c. 52. *Par atque una* ratio est spei, lætitiæ, molestiæ. Id. pro Syll. c. 2. Intelligis judicium meum, & horum *par atque unum* fuisse.

Par cum.

4 Nonnumquam adsciscit *Cum*. Cicer. pro Quin. c. 22. Tu *par* tibi jus *cum* Alpheno fuisse non putas. Id. 3. de Nat. Deor. cap. 1. Nec mihi *par cum* Lucilio ratio est.

Par, ac; Par, atque; Par, &.

5 Interdum *Par*, assumit *Ac*, *Atque*, *Et*. Plaut. Aul. Si *parem* sapientiam hic habet, *ac* fortunam. Cic. 3. de Nat. Deor. c. 1. Nec mihi *par* cum Lucilio ratio est, *ac* tecum fuit. Id. 2. Inv. 2. Si *par* in nobis hujus artis, *atque* in illo picturæ scientia fuisset. Cæs. 3. B. C. 101. *Pari*, *atque* antea, ratione egerunt. Cic. in Brut. c. 11. Omnia fuisse in Themistocle *paria*, *&* Coriolano.

Par est, pro *Æquum est*.

6 Cic. de Am. 22. *Par est* autem primum ipsum esse bonum; deinde, &c. *E' il dovere*. Id. pro Mur. 7. His rebus fretum ad Consulatus petitionem aggredi *par est*. Id. At. 9. ep. 11. Mihi dubi-

bitanti quid me facere *par sit*. Id. pro Rab. Perd. c. 11. quod ei præmium dari *par fuisset*. *Fosse giusto*, *Convenisse*.

CAPUT CXXV.

De Adverbio PARITER.

1 PAriter a *pari* ductum, idem est, ac *Æque*. Ter. Heaut. 1. 1. Quem *pariter* uti his decuit, aut etiam amplius.

Pariter, ac, &, atque, ut.

2 *Pariter, ac, &, atque, ut*, usitata sunt pro *Æque ac*. Ter. Phor. 5. sc. 3. *Pariter* nunc opera me adjuves, *ac* dudum re opitulata es. Id. Adel. 5. 8. Nunc tu mihi es germanus *pariter* corpore, *&* animo. Plaut. Men. *Pariter* hoc, *atque* alias res solet. Sall. Jug. Vultu, colore, ac motu corporis *pariter*, *atque* animo varius. Plat. Aul. Prol. *Pariter* moratus, *ut* pater, avusque hujus fuit.

Pariter, ac si. Pariter, atque ut.

3 Sallust. Jugurth. *Pariter, ac si* hostes adessent, munito agmine incedere. Plaut. Amph. 4. 1. *Pariter* hoc fit, *atque ut* alia facta sunt.

Pariter cum pro *Simul cum*.

4 *Pariter*, interdum usurpatur pro *Simul*, & assumit *Cum*. Cic. 5. Tusc. 33. Animus & præsentem voluptatem percipit *pariter cum* corpore, & prospicit venientem. *Insieme col corpo*. Sal. Jug. Eum adoptavit, & *pariter cum* filiis hæredem instituit. *Del pari*. Cic. 1. Tus.

11. *Pariter* enim *cum* vita sensus amittitur. Id. 2. de N. Deor. c. 14. Conchyliis omnibus contingit, ut *cum* luna crescant *pariter*, *pariterque* decrescant.

CAPUT CXXVI.

De Adverbio PARUM.

Parum, *Nimium*.

1 P*Arum*, contrarium habet *Multum*, aut *Nimium*. Cic. 1. Or. 22. Omnibus in rebus magis offendit *nimium*, quam *parum*.

Parum pro *Non satis*.

2 Sæpe usurpatur pro *Non satis*. Plaut. Stich. 4. 1. Duas dabo, una si *parum* est. *Se non basta una*. Id. Rud. 4. 4. *Si parum* intellexisti, dicam denuo. *Se tu non hai ben'inteso*. Cic. 3. de Nat. Deor. c. 1. Quæram ex te ea, quæ *parum* accepi. *Quel, ch' io non ho ben compreso*. Id. 1. Tusc. 45. Nemo *parum* diu vixit, qui virtutis perfectæ functus est munere.

Parum est, *quod*.

3 Cicer. pro Sext. c. 14. *Parum* ne *est*, Piso, *quod* tantum homines fefellisti? ut, &c. *Non ti basta che ec.* Terent. Phorm. 3. sc. 3. Sed *parum* ne *est*, *quod* omnibus nobis succenset senex? *Ma è forse poco, che, ec.*

CAPUT CXXVII.

De Adverb. PAULUM, & PAULO.

1 P*Aulum* idem eſt ac *parum*, & fere cum verbis jungitur. Cic. 1. de orat. c. 62. Scævola *paulum* requieſcet, cum ſe calor frangat. Idem pro Roſc. Com. c. 10. Mihi quoque neceſſe eſt *paulum* commorari.

Paulo cum comparativis.

2 *Paulo* adjungitur fere comparativis. Cic. pro Flac. c. 28. Auri pondo centum *paulo minus*. Idem Att. 1. ep. 10. *Paulo liberiores* litteræ.

Paulo ante, & *poſt*.

3 Conjungitur cum *ante*, & *poſt*. Cic. Læl. c. 21. Ut *paulo ante* dixi. Id. Fam. 1. ep. 9. Oſtendam *paulo poſt*.

CAPUT CXXVIII.

De Adverbiis PARUMPER, & PAULISPER.

1 P*Arumper* ex *parum* factum eſt, ſed ad tempus accommodatur. Cicer. 3. de Or. 30. *Parumper* conticuit, & a cæteris ſilentium fuit. *Per un poco*. Id. 1. Div. 23. Diſcedo *parumper* a ſomniis, ad quæ mox revertar. Idem de Am. c. 1. Tu velim a me animum *parumper* avertas.

Pau-

Parumper, dum.

2 Interdum adjicitur *Dum*. Plaut. Amph. 2. 2. Cui voluptas *parumper* data est, *dum*, &c. Terent. And. 4. sc. 2. *Dum* exeo, *parumper* operire hic. *Aspetta qui alquanto, fin che.*

Paulisper.

3 *Paulisper* a *paulo* dictum idem est, quod *parumper*. Cæs. 3. B. C. 67. Hic *paulisper* est pugnatum. Sallust. Jugurth. Cognitis insidiis, *paulisper* agmen constitit. *Si fermò alquanto*. Cic. 6. Ver. 18. Abesse domo *paulisper* maluit, quam illud optime cælatum argentum amittere. Idem ibid. c. 24. Lectica *pualisper* deposita.

Paulisper dum.

4 *Paulisper* quoque, item ut *Parumper*, assumit *Dum*. Cic. pro Mil. 16. *Paulisper*, *dum* se uxor (ut fit) comparat, moratus est. Plaut. Mil. *Paulisper* tace, *dum* ego, &c.

Admonitio.

5 Quoties exiguum tempus significatur, non *Parum*, aut *Paulum*, sed *Parumper*, aut *Paulisper* dici solet. Itaque non dices, *Expecta parum*, aut *paulum*, sed *parumper*, aut *paulisper*.

CAPUT CXXIX.

De Præpositione PER.

Per ad personam relatum.

1 PEr vulgo ad locum, sed sæpe etiam ad personam refertur. Cic. At. 5. ep. 15. Nihil interest, utrum *per procuratores* agas, an per te ipsum. *Per mezzo di Procuratori, o da te stesso.* Id. pro Rosc. Am. c. 38. *Per alium* transigam; recede de medio. *Per mezzo d'altri.* Id. 1. de Or. 9. Plura detrimenta publicis rebus, quam adjumenta *per homines* eloquentissimos importata. *Per via di persone, &c.*

Per se, sine alterius ope.

2 Sæpe tamen *per se* est *Sine alterius ope.* Cic. in Brut. c. 25. Homo *per se* cognitus, sine ulla commendatione majorum. *Da se stesso.* Idem pro Syl. 4. Nihil audacter ipsos *per se*, sine P. Sylla facere potuisse. Idem pro Sext. 28. *Per se* ipsa splendet virtus semper, neque alienis unquam sordibus obsolescit. Idem de Am. 21. Amicitia *per se*, & propter se expetenda. *Da se, e per se stessa.*

Per ad tempus relatum.

3 Alias refertur ad tempus. Cic. 7. Ver. 12. *Per* eos *dies* nemo istum &c. *In quei giorni.* Id. At. l. 2. ep. 9. Nulla abs te *per* hos *dies* epistola inanis aliqua re utili, & suavi venerat. Id. 2. Ver. 5. Nulla res *per triennium*, nisi ad nutum istius, est judicata. *Per ispazio di tre anni.* Idem

pro Leg. Man. 11. Quam provinciam tenuistis a prædonibus liberam *per* hosce *annos*? *In questi anni*. Id. 1. de Div. *Per* multas *ætates* fuerunt. Id. in Brut. c. 83. Duo fratres *per* idem *tempus* dissimiles inter se. *Nell' istesso tempo*.

Per, ad modum.

4 Sæpe ad modum accommodatur. Cic. 6. Ver. 14. Cum iste ab se hydriam Bœti manu factam *per potestatem* abstulisset. *Di potenza assoluta*. Idem 1. Ver. 17. Symponacos servos abducebat *per injuriam*. *Contra ragione*. Idem pro Dom. c. 23. Quod eum *per insidias* toties interficere voluistis. *A tradimento*. Idem 3. Ver. 21. *Per scelus*, & *latrocinium* ex fanis auferre. Idem pro Rosc. Amer. c. 2. *Per luxuriem* effundere, atque consumere, quod *per scelus* sis adeptus. Id. 3. Ver. 60. Q. Opimium *per ludum*, ac *jocum* fortunis omnibus evertit. *Burlando*. *Da scherzo*. Idem pro Rosc. Am. c. 1. *Per* summum *dedecus* vitam amittere. *Con somma vergogna*. Idem Ver. 7. c. 70. *Per ludum*, ac *negligentiam* ad honores pervenire. *Scherzando*.

Per simulationem; *Per speciem*;

Per causam.

5 *Per simulationem*, *per speciem*, *per causam*, idem fere significant. Cic. post red. ad Quir. c. 9. *Per simulationem amicitiæ* nefarie prodiderunt. *Con finzione*. Id. 6. Ver. 3. *Per simulationem Ædilitatis* statuas auferre. *Sotto protesto*. Liv. l. 1. c. 41. *Per speciem* alienæ fungendæ *vicis* suas

opes

opes firmavit. *Con pretesto*. Id. ib. c. 3. Fratris filiæ Rheæ Sylviæ *per speciem honoris* (cum Vestalem legisset) perpetua virginitate spem partus adimit. *Sotto colore d' onorarla*. Id. l. 24. c. 47. Per *speciem prædandi* ex hostium agro, permissu Magistratuum ab Capua profecti. Id. l. 2. c. 32. Per *causam* renovati ab Æquis *belli*. *Con iscusa*, *Con pretesto*. Id. l. 24. c. 7. Ut, cum appropinquaret januæ rex, *per* aliquam *causam* sustineret a tergo agmen.

Per *litteras*.

6 Idem est, quod *Litteris*. Cicer. in Pis. 17. Is a Senatu supplicationem *per litteras* postulavit. Idem At. l. 1. ep. 16. Antonius purgat se mihi *per litteras*. Per, *lettere*, *Con lettere*.

Per *ætatem* pro *Ob ætatem*.

7 Ter. Eun. 1. 2. Neque sciebat, neque *per ætatem* etiam poterat. *Nè per anco glie lo permetteva l' età*. Cic. l. 13. ep. 30. Ut primum *per ætatem* judicium facere potueris. Id. pro Leg. Man. 1. Nam, cum antea *per ætatem* nondum hujus auctoritatem loci contingere auderem. Id. pro Dom. c. 13. Factus es ejus filius contra fas, cujus *per ætatem* pater esse potuisti. *Quanto all' età*.

Per pro *Propter*.

8 *Per* interdum est *Propter*. Cic. 3. de Or. c. 3. *Per invidiam* depelli Tribunatu. Idem 4. Tusc. c. 37. *Per iram* aliquid facere, quod nos pœniteat. *Per invidia*. *Per collera*.

Per Obsecrantis.

 9 Non-

9 Nonnumquam obſecrantis eſt. Cic. At. l. 3. ep. 20. Ad quæ recuperanda *per fortunas* incumbe. *Per vita tua*. Idem ep. 15. Brut. Sed propera *per Deos*. *Per amor di Dio*.

Per concedentis.

10 Alias concedentis. Cic. 4. Acad. 29. *Per me* vel ſtertas licet. *Quanto a me*. Idem At. 4. ep. 16. *Per me* iſta pedibus trahuntur. Idem 2. Phil. 4. Petis, ut tibi *per me* liceat quemdam ab exilio reducere. *Con buona grazia mia*. Idem pro Mil. c. 16. Clodium nihil delectat, quod aut *per naturam* fas ſit, aut *per leges* liceat. *Coſa, che permetta la natura, ovver le leggi*.

Per valetudinem.

11 Cic. 2. Phil. 22. Omnes conſulares, qui *per valetudinem* exequi cladem illam, fugamque potuiſſent. *Permettendolo loro la ſanità*. Idem l. 7. ep. 1. *Per valetudinem* cum poſſes venire, tamen noluiſti. Idem l. 16. ep. 2. Cum *per valeditudinem*, & anni tempus navigare poteris, ad nos veni. *Quando lo permetterà la ſanità*.

CAPUT CXXX.

De Adverbio PERINDE.

Perinde, ac, ac ſi, atque, ut.

1 PErinde, uſurpatur pro *Æque*, vel *Ita*: jungitur autem ſæpe cum *Ac*, *Ac ſi*, *Atque*, *Ut*. Cic. 5. Tuſc. 2. Philoſophia non *perinde*, *ac* de hominum eſt vita merita, laudatur. *Al pari di quel*, *che*

che merita. *Tanto quanto merita*. Id. Partit. 24. Quæ perdifficilia sunt, *perinde* habenda sunt, *ac si* effici non possint. Cæs. 3. B. C. c. 72. *Perinde*, *ac si* virtute vicissent. *Come se*. Cic. pro Marcel. 4. Vereor, ut hoc, quod dicam, non *perinde* intelligi auditu possit, *atque* ipse cogitans sentio. *Così, com' io l' intendo*. Id. l. 9. ep. 15. Non *perinde*, *ut* est reapse, ex litteris percipere potuisti. *Com' è la cosa in se*.

Perinde ac pro *perinde ac si*.

2 *Perinde ac* cum verbis conjungitur; idemque valet ac *perinde ac si*. Cæs. 3. de Bell. Civ. c. 60. *Perinde ac* satisfacere vellent. Liv. l. 28. c. 38. *Perinde ac* debellatum in Italia foret.

Perinde ut, pro *Prout*.

3 *Perinde* fere usurpatur pro *Prout*. Cic. 3. de Or. c. 56. Sed hæc omnia *perinde* sunt, *ut* aguntur. *Tali sono*, *come*. Idem 2. Inv. 58. *Perinde uti* quæque res erit, laboremus. Id. 3. Off. 33. Habes a patre munus, M. fili, mea quidem sententia magnum; sed *perinde* erit, *ut* acceperis. *Sarà*, *come lo riceverai*, *nè più*, *nè meno*.

Perinde quasi.

4 *Perinde quasi* est *perinde ac si*. Cic. 5. Ver. 19. Atque hæc *perinde* loquor, *quasi* in eo sit iniquitas ejus reprehendenda. Idem pro Cæc. c. 21. *Perinde* velebit, *quasi* armatissimi fuerint. *Non altrimenti che se*.

Perinde quasi, per Ironiam.

5 *Perinde quasi* sæpe Ironiam continet. Cic.

Cic. pro Mil. c. 7. *Perinde quasi* Appius ille cæcus viam munierit, non qua populus uteretur, sed ubi impune sui posteri latrocinarentur. *Come se*. Id. 1. Tusc. 36. Metelli sperat sibi quisque fortunam, *perinde quasi* certi quicquam sit in rebus humanis.

Perinde pro *valde*. *Perinde quam*.
Perinde quam si. *Perinde tanquam*. *Perinde prout*.

6 Horum exempla qualiacumque invenies in ultima Particularum collectione, in Latinis Lexicis; sed optima fortasse nusquam.

CAPUT CXXXI.

De Adverb. PROINDE, & PROIN.

1 PRoinde, seu *proin*, quod decurtatum est, significat *Ideo*, vel *Quamobrem*. Cic. At. l. 1. ep. 6. *Proinde* bono animo sis. Id. 4. Ver. 29. *Proinde* si sapis, vide. Id. l. 12. ep. 6. *Proinde* fac, magnum animum habeas. *Per tanto*. Teren. Eun. 1. 1. *Proin* tu, dum est tempus, etiam atque etiam cogita. *Però*. Sed hoc poeticum est.

Admonitio.

2 *Proinde* pro *perinde* si quando usurpatur, easdem conjunctiones, eosdem usus habet; sed videndum est, ne subsit mendum, & *proinde* legatur pro *perinde*. Non subesse mendum declarat carmen Lucretii l. 3. Ossa dedit terræ *proinde ac* famul infimus esset. Hic enim *perinde* locum habere nequit. GA-

CAPUT CXXXII.

De Adverbio PLANE.

Plane pro *Clare*.

1 PLane, idem est quod *Clare*, & *Aperte*. Cic. 2. Fin. 5. Epicurus autem, ut opinor, non vult *plane*, & aperte loqui. *Parlar chiaro*. Id. At. l. 8. ep. 16. Explicari mihi tuum consilium *plane* volo, ut intelligam.

Plane pro *Certe*, vel *Sane*.

2 Interdum usurpatur pro *Certe*, vel *Sane*. Cic. 1. de Leg. c. 20. Sed ego *plane* vellem, me arbitrum inter eos datum. *Io certo vorrei*. Plaut. Mostel. Ipsa ne ea est? Sc. Immo *plane* ea est. *Del certo è dessa*.

Plane pro *Omnino*.

3 Sæpe usurpatur pro *Omnino*. Cic. Att. l. 12. ep. 38. Accepi Atticam *plane* belle se habere. *Star bene affatto*. Id. l. 14. ep. 4. Si te habebo, non mihi videbor *plane* periisse. *Esser rovinato affatto*. Id. l. 16. ep. 1. Ut te Leucadem deportares, ut ibi *plane* te confirmares. *Ti riavessi totalmente*. Id. 3. Ver. Nam iste eam, nisi *plane* nihil sapit, numquam proferet. *S'e non è matto spacciato*. Id. in Brut. c. 97. Effice id, quod jam propemodum, vel *plane* potius effeceras. *O più tosto del tutto*.

CAPUT CXXXIII.

DE PLUS, & PLUSCULUM.

Plus pro *Amplius*.

1 PLus magis accedit ad nomen, quam *Magis*: proinde non temere pro *Magis* usurpandum est. Cic. de Am. 16. Ne *plus* æquo in amicitiam congeratur. *Più del dovere*. Id. At. l. 9. ep. 10. Dimidio *plus* scripsit Clodia. *La metà più*. Id. At. 10. ep. 8. Nimio *plus* diligo.

2 Sæpe autem usurpatur pro *Amplius*. Cic. 1. de Nat. Deor. c. 35. Molestum est uno digito *plus* habere. *Un dito di più*. Id. 1. Phil. 3. *Plus* una me nocte retinere non potuit. Id. pro Sext. c. 39. Tribunum pleb. *plus* viginti vulneribus acceptis, jacentem vidistis. Id. pro Rosc. Am. c. 27. Neque unquam *plus* triduo fuit. Id. pro Quin. c. 12. At tecum anno *plus* vixit. *Più d' un anno*.

Plus satis, *plus millies*.

3 *Plus satis* idem est ac *plusquam satis*: *plus milles*. In his enim, & similibus subticetur *quam* per ellipsim. Cicer. Att. 12. ep. 24. Ad hanc rem *plus* etiam *satis*. Teren. Eun. a. 3. sc. 1. *Plus millies* jam audivi.

Plus quam, *Plus quam quantum*.

4 Adsciscit interdum *Quam*, & *Quam quantum*. Cic. l. 6. ep. 1. Ego habeo, cui *plus quam* tibi debeam, neminem. Id. 1. de Or. c. 24. Quæ existimas *plus*, *quam* ar-

artem ipsam, prodesse posse. Id. 5. Ver. 23. Iis *plus* frumenti imperabatur, *quam quantum* exararant. *Più di quel che avean raccolto*. Id. 3. de Or. *Plus* multo vidisse videntur, *quam quantum* nostrorum ingeniorum acies intueri potest.

Non plus quam.

5 *Non plus quam* comparationem quandam continet subobscuram. Cic. de Am. c. 13. Non tantum valet, ut tollat e vita amicitiam: *non plus*, *quam* ut virtutes, quia nonnullas curas, & molestias afferunt, repudientur.

Plusculum.

6 *Plusculum* idem est ac *paulo plus*. Cic. Fam. 5. ep. 12. Amori nostro *plusculum* etiam, quam concedit veritas; largiare. Id. 2. de Or. c. 24. Causæ, in quibus *plusculum* negotii est.

CAPUT CXXXIV.

De Adverbio PORRO.

1 P*Orro* est *Deinde*, *Postea*, *εἶτα*. Ter. And. 3. 4. Move ocyus te, ut quid agam, *porro* intelligas. *Acciocchè tu intenda poi*. Cic. 3. Ver. 32. Hominibus & natura, & consuetudine, & disciplina lenissimis; *porro* autem Populi Rom. conditione sociis; fortuna servis. *E poi*. Id. 4. Ver. 2. Sic *porro* nostros homines diligunt. *Così poi*, *Talmente*, *ec*.

Porrò pro, *Autem*, *δή*, *vel δὲ*.

2 Sæpe pro *Autem* usurpatum continuat orationem. Et cum *Autem* aliquando

conjungitur. Cic. pro Mil. c. 9. Occurrebat, mancam ac debilem Præturam suam futuram, Consule Milone; Eum *porro* summo consensu populi Rom. Consulem fieri videbat, *ancora. E poi*. Id. pro Planc. c. 32. c. 22. Nihil *porro* tam inhumanum, &c. Id. 7. Verr. 22. Age *porro* tu, qui te tam religiosum existimari voluisti interpretem fœderum. *Orsù via*. Id. pro Quin. 8. Clamabat *porro* Quintius. Id. At. l. 1. ep. 5. *Porro autem* neque mihi accidit.

Porro pro *Ultra*.

3 Nonnunqnam ponitur pro *Ultra*. Liv. l. 1. c. 7. Ex loco infesto agere *porro* armentum occœpit. *Comincio a spinger innanzi l' armento*. Cicer. 4 Fir. 27. Perge *porro*, nam de isto magna dissensio est. *Passa oltre: Va pur innanzi: Seguita pure*.

CAPUT CXXXV.

De præpositione POST.

1 POst, quoties casum regit, præpositio est, cui *Ante* opponitur. Cæs. 7. B. G. c. 88. Repente *post tergum* equitatus cernitur.

2 Plerumque ad tempus accomodatur. Cic. At. 6. ep. 1. Hic Magistratus multis *annis post Decemviros* institutus. Id. pro Rosc. Amer. Aliquot *post menses* is occisus est. Liv. l. 5. c. 29. *Annum post* quintum decimum creati Consules.

Post cum participio præteriti temporis.

3 Ele-

3 Eleganter copulatur cum participio præteriti temporis. Cicer. de Ar. resp 8. Mea domus, quam Senatus unam, *post hanc urbem constitutam*, ex ærario ædificandam putavit. *Sola, dappoi che questa Città è fondata*. Id. 4. Cat. 7. Causa enim est, *post Urbem conditam*, hæc inventa sola, in qua, &c. Id. de Ar. resp.c. 7. Nego unquam, *post sacra constituta*, tam frequens collegium judicasse. Id. 1. Div. 44. Sexennio *post Vejos captos*.

Post homines natos. *Post hominum memoriam*.

4 Huc illa pertinet, *Post homines natos*, *post hominum memoriam*. Cic. in Brut. c. 62. Longe autem *post homines natos* improbissimus C. Servilius Glaucia. Id. pro Mil. c 26. Unius *post homines natos* fortissimi viri. *Da che il Mondo è Mondo. Dal principio del Mondo in qua*. Id. de Opt. Gen. Or. c. 6. Optimus longe *post homines natos*. Id. pro Balb. c. 10. *Post genus hominum natum* pauci reperti sunt, qui, &c. Id. in Pis. c. 27. Instant *post hominum memoriam apparatissimi*, magnificentissimique ludi. Id. 5. Ver. c. 17. Quod nemo unquam *post hominum memoriam* fecit. *A memoria d'uomo*.

Post præpositio cum *Quam*.

5 Præpositio *post* interdum assumit *Quam*. Cic. At. l. 9. ep. 12. *Post* diem quartum, *quam* ab urbe discessimus. Id. pro Mil. c. 16. *Post* diem tertium gesta res est, *quam* dixerat. *Tre giorni dopo, che l' avea detto*.

CAPUT CXXXVI.

De Adverbio, POST.

1 POst adverbium nullum casum regit, etsi sæpe jungitur cum ablativo temporis. Cic. in Brut. 91. Romam recepi me biennio *post*. Id. 2. Div. 33. Anno *post* Paulus auspiciis paruit. Id. l. 1. ep. 6. Paucis *post* diebus, quam Luca discesserat. Id. pro Flac. c. 23. Multis *post* annis pecunia recuperata est. *Molti anni dopo*.

Admonito.

2 *Post* quoties ablativo jungitur, adverbium est. Neque enim casus ille a *post* regitur, sed absolute ponitur, quippe ablativus temporis. Plerumque autem aut postponitur, ut *paucis diebus post*, aut interponitur, ut *paucis post diebus*. Præponitur a Liv. l. 40. c. 57. l. 32. c. 5.

Anno post.

3 *Anno post* dicitur pro *uno post anno*. Cic. in Brut. c. 60. Cæsar *anno post*, & deinceps reliquis annis administravit &c. Liv. l. 2. c. 16. *Anno post* moritur.

Postquam V. in cap. sequenti n. 2.

Post ubi, vel *ut*.

4 Interdum assumit *Ubi*, vel *Ut*. Sallust. Catil., *Post ubi* contagio, quasi pestilentia, urbem invasit. *Poi come*. Cic. in Or. c. 8. *Post* sensim incedens, Judices *ut* vidit ardentes, exultavit audacius

CA-

CAPUT CXXXVII.

De Adverbio POSTEA, POSTEAQUAM.

1 Jungitur interdum *postea* cum interrogatione. Teren. Hec. 3. 1. Quid tum *postea? E poi?* Cicer. pro Mur. c. 12. Cedo, quid *postea? Dì su com'andò poi?*

Posteaquam, posteaquam, postea vero quam.

2 *Post*, & *postea* sæpe adsciscit *Quam*. Cic. l. 12. ep. 48. Heri non multo *post quam* tu a me discessisti. Id. l. 13. ep. 20. Quatuordecim annis post Prætor factus est Tuditanus, *quam* Consul Memius. Id. l. 10. ep. 1. *Posteaquam* de medio cursu Reip. sum voce revocatus. *Dappoi che io*. Id. l. 5. ep. 2. *Postea vero quam* profectus es.

Postquam, posteaquam, cum *illico, Extemplo, Repente*.

3 *Postquam*, vel *posteaquam* adsciscit interdum *Illico*, *Extemplo*, *Repente*, aut aliquid ejusmodi. Ter. Heaut. At, *postquam* aspexi, *illico* cognovi. Id. Hecyr. *Postquam* introiit, *extemplo* ejus morbum cognovi miser. Cicer. 7. Ver. 41. Hæc *posteaquam* acta, & constituta sunt, procedit iste *repente* ex Prætorio.

CAPUT CXXXVIII.

De Adverbio POSTERIUS.

1 POsterius pro postea usitatum est, contrarium enim habet *prius*, & ad tempus refertur. Cic. 9. Verr. 29. Jubet iste *posterius* illos ad se reverti. *Dice, che tornino dipoi*. Id. in Brut. 83. Ipse enim Thucydides, si *posterius* fuisset, & maturior esset, & mitior. Id. 1. de Leg. Sed hæc *posterius*. Id. pro Quin. c. 5. *Posterius*, inquit, ista videbimus; nunc, &c. *Poi ci riparleremo*.

CAPUT CXXXIX.

De Adverbio POSTHAC.

1 POsthac, idem est, quod *In posterum*. Contrarium habet *Antehac*. Cicer. l. 7. ep. 27. *Posthac* igitur erimus cautiores. *Per l'avvenire*. Id. 2. Phil. 31. Caput autem litterarum, nihil sibi cum illa *posthac* futurum. Id. 4. Cat. 9. Ne unquam *posthac* accidere possit, providendum est. *Che non abbia d'avvenir mai più*. Id. At. l. 2. ep. 19. Scribam *posthac* ad te planius. *Da ora avanti sarò più chiaro*.

CAPUT CXXXX.

De Adverbio PRÆ.

1 PRæ est *Ante*. Cic. 2. Phil. 12. Hic, qui stillantem *præ se* pugionem tulit. *Portò avanti di se*. Illa per translatio-

tionem . Id. 2. Off. 11. Nisi speciem *præ te* boni viri feras. *Se non fai mostra d' esser uomo dabbene. Se non dai ad intendere*. Id. 2. Agr. 2. Vocem *præ vobis* indicem vestrarum voluntatum tulistis.

Præ in comparatione.

2 *Præ* sæpe usurpatur in comparatione. Tærent. Eun. 2. 2. Hic ego illum contempsi *præ me*. *Rispetto a me*. Cic. 2. Agr. 35. Illi Romam *præ sua Capua* irridebunt. *A paragone di Capua*. Id. pro Rosc. Amer. 46. Ut neminem *præ se* hominem putet. *Rispetto a se*.

Præ pro *propter*.

3 *Præ* sæpe usurpatur pro *Propter*. Ter. Heaut. 2. 3. *Præ gaudio* (ita me Dii ament) ubi sim, nescio. *Per allegrezza* Plaut. Amph. 1. 1. Neque miser commovere me possum *præ formidine*. Cic. 1. Tusc. 42. Solem *præ* sagittarum *multitudine* non videbitis. Id. At. l. 6. ep. 5. *Præ cura* jocari non poteram. *Per la sollecitudine*.

Præ ut.

4 *Præ ut* in comparatione adhibetur. Plaut. Amph. 1. 1. Parum etiam, *præ ut* futurum est, prædicas. *A rispetto di quel che sarà*. Ter. Eun. 2. 3. Ludum, jocumque dices fuisse illum alterum, *præ ut* hujus rabies quæ dabit. *Rispetto a quello, che cagionerà la rabbia di costui*. Sed hæc in soluta oratione non temere adhibenda sunt.

CA.

CAPUT CXLI.

De Præpositione PRÆTER.

1 PRæter est *Ante*, sed motum adsignificat. Cic. 5. Ver. 25. Servi *præter* oculos Lollii pocula ferebant. *Avanti gli occhi*: Liv. l. 38. c. 15 *Præter* Carallitin paludem agmen ductum. Id. ibid. c. 18. *Præter* ripam euntibus. *Lungo la riva*. Id. l. 40. c. 41. *Præter* oram Hetrusci maris Neapolim transmisit. *Lungo la marina*.

Præter pro *Extra*.

2 Interdum usurpatur pro *Extra*: Cic. 1. phil. 4. Multa autem impendere videbantur *præter* naturam, *præterque* fatum. Id. 2. Cat. 7. Cum ei nihil adhuc *præter* voluntatem ipsius, cogitationemque acciderit. *Fuor del suo volere, e pensiero*. Id. 1. de Div. c. 44. *Præter* modum crevit lacus Albanus. *Fuor di modo*.

Præter, in exceptione.

3 Interdum *præter* excipit, similiter ut *Extra*. Cic. l. 1. ep. 5. Amicum ex Consularibus neminem tibi esse video *præter* Lucullum. *Da Cucullo in poi*. Id. pro Cluen. c. 20. Omnibus sententiis, *præter* unam, Scamander damnatus est. *Eccetto una*.

Præter pro *Supra*.

4 Sæpe declarat *Supra*. Cic. 2. Off. 7. Testis est phalaris, cujus, *præter* cæteros, est nobilitata crudelitas. *Sopra tutti*

tutti gli altri. Id. ad Qu. Fr. l. 1. ep. 1. Ut optimum nomen consequemur, unus, *præter* cæteros, adjuvisti. *Sopra tutti*.

præterea.

5 *Præterea*, dictum quasi *præter ea*, ad personas quoque accommodatur, etiam nomero singulari. Cicer. l. 4. ep. 3. A me vero sic diligitur, ut tibi uni concedam, *præterea nemini*. Idest *præter te*. *E non ad altri*. Id. pro Leg. Man. c. 2. Hunc unum ab hostibus metui, *præterea neminem*. *Questo solo, e non altri fuor di lui*. Id. 1. Phil. 1. Num quid exules restituit? unum ajebat, *præterea* neminem. *Uno, e non più*.

Præter pro *præterea*.

6 *Præter* pro *præterea* habet Plinius l. 35. c. 8. Venas protulit *præterque* in veste & rugas & sinus invenit. Sed non est imitandum.

Præterquam pro *Nisi*.

7 *Præterquam* prò *Nisi* usurpari solet. Cic. l. 3. ep. 7. Nullas iis, *præterquam* ad te, dedi literas. *Se non a te*. Id. 3. Cat. 11. Pro tantis rebus nullum a vobis præmium postulo, *præterquam* hujus diei memoriam sempiternam. Id. 2. Div. 32. Juno Moneta, a qua, *præterquam* de sue plena, quid umquam moniti sumus?

Præterquam quod pro *Nisi quod*.

8 Cic. ad Qu. Fr. l. 2. ep. 13. Ego me in Cumano, & Pompejano, *præterquam quod* sine te, cæterum satis commode oblectavi. Id. l. 9. ep. 27. Neque, quod di-

displiceat, committam, *præterquam quod* hominis mihi conjunctissimi doleo gravem casum. *Se non che*.

Præterquam quod pro *Non modo*.

9 Interdum usurpatur pro *Non modo*. Cic. At. l. 15. ep. 15. Suram autem, *præterquam quod* nefarium hominem cognovi, præterea in me contumacem semel omnino domi meæ vidi. Id. 2. de Div. c. 12. Id *præterquam quod* fieri non potuit, ne fingi quidem potest. *Oltre che*.

CAPUT CXXXXII.

De Adverb. PRIDIE, & POSTRIDIE.

1 PRidie dictum quasi *Priore die*, *il giorno avanti*, Postridie *postero die*, *Il giorno seguente*.

Pridie, & *postridie quam*.

2 Æque utrumque copulatur cum *Quam*. Cic. de Am. 2. Pridie *quam* excessit e vita. *Il giorno prima di morire*. *Un dì prima, che morisse*. Id. l. 14. ep. 7. *Postridie* intellexi, *quam* a vobis discessi. Id. 2. de Or. c. 3. *Postero die quam* illa erant acta.

Pridie, *Postridie ejus diei*.

2 Interdum assumunt *Ejus diei*. Cic. l. 1. ep. 4. Sententiam Bibuli de tribus legatis *pridie ejus diei* fregeramus. *Il giorno avanti*. Cat. l. 1. R. R. *Postridie ejus diei* villicum vocat. Cic. l. 13. ep. 45. Dolabella venit ad me *postridie Iduum*.

Pri-

Pridie, *Postridie Idus*, *Nonas*, *Kalendas*.

4 Plerumque, *Idus*, *Nonas*, *Kalendas*, quarto casu adsciscunt. Cic. l.13. ep.25. Ego Romam *pridie Idus*. Id. l. 13. ep. 14. Si me in Tusculano *postridie Nonas* mane convenerit.

5 *Pridie Kalendas* passim occurrit, cujus loco dici nequit 2. *Kalendas*, ut monet Vossius, Valla, cæterique Grammatici. Hìc tamen est animadvertendum, dici posse 2. *Kalendas*, si præponatur *Ante diem* Cic. pro Quint.c.6.Roma egre ditur *ante diem II. Kal.* Febr. Non ignoro quosdam hic reponere *IV. Kal.* Sed perperam: nam c. 18. de hoc ipso die loquens M. Tull. ait fuisse *pridie Kal. Febr.*

Pridie & *Postridie* cum aliis accusativis.

6 Alios quoque accusativos libenter regunt. Cic. Fam.2. ep. 13. *Pridie* Compitalia. Id. Att. 16. ep. 4. *Postridie* ludos Apollinares.

Usque ad pridie, vel *postridie*.

7 Præpositiones etiam ante se accipiunt, ab iisque pendent tanquam nomina. Cic. Att. 2. ep. 10. *Usque ad pridie* kal. Majas. Id. Att. 2. ep. 12. *Usque ad pridie* Non. Majas.

CA•

CAPUT CXXXXIII.

De Adverb. PRIMUM, & PRIMO. Et de nom. PRIMUS, PRIOR, & POSTERIOR.

1 PRimum, & *Primo* hoc ferme differunt, quod *Primum* ad ordinem rerum pertinet. *Primieramente*. *Primo* ad tempus. *Prima*; *Da principio*. Aliquando tamen *primum* de tempore dicitur tum apud Ciceronem, tum vero præsertim apud alios. Cic. pro Arch. c. 3. Ut *primum* ex pueris excessit Archias. Nepos in Alcib. 4. *Primum* Elidem, deinde Thebas venit.

Primum cum *Deinde*; vel *post*; vel *postea*; vel *Tum*.

2 At *primum* sæpe adsciscit *Deinde*, vel *post*, vel *postea*, vel *Tum*. Cic. de Am. c. 24. *Primum* ut monitio acerbitate, *deinde* objurgatio contumelia careat. *Primieramente*. Id. l. 3. ep. 5. *Primum*, ut ipse tu, tuique omnes, *deinde* etiam, ut reliqui scire possint, me, &c. Id. l. 1. epist. 9. *Primum* reditus intercesserat in gratiam per Pompejum; *post* autem Cæsaris, ut illum defenderem, mira contentio est consecuta. Id. 2. Phil. 15. Ego incolumitati civium *primum*, & *postea* dignitati consulebam. Id. l. 16. ep. 3. Te valere tua causa *primum* volo, *tum* mea. *Prima per conto tuo*; *poi per conto mio*.

Pri-

Primum; *tum*, *post*, vel *deinde*, in Enumerationibus.

3 In tripartita enumeratione rerum sæpe usurpantur *primum*, *Tum*, *post*, vel *Deinde*. Cicer. 1. Off. 3. *Primum* igitur est de honesto, *tum* de utili, *post* de comparatione eorum disserendum. Id. 1. Off. 26. Quæ *primum* bene parta sit, *tum* quam plurimis se utilem præbeat, *deinde* augeatur ratione, diligentia, parsimonia.

Primum, *deinde*, *tum*, vel *postremo*.

4 Alias *primum*, *Deinde*, *Tum*, vel *Postremo*. Cic. pro Leg. Man. c. 2. *Primum* mihi videtur de genere belli, *deinde* de magnitudine, *tum* de Imperatore deligendo esse dicendum. Id. l. 5. ep. 14. *Primum* otium Parthicum, *deinde* confectæ pactiones publicanorum, *postremo* seditio militum sedata ab Appio.

Primum, *deinde*, *ad extremum*, vel rursus *deinde*, vel *postea*, vel aliquid simile.

5 In tripartita enumeratione aliquando reperitur *deinde*, ut apud Ciceronem Att. 3. ep. 7. Aliquando tertio loco ponitur *ad extremum*, ut apud eundem in Pison. c. 12. Aliquando *postea*, ut 2. de Orat. c. 15. Aliquando *tertium est*, vel *accedit*, vel aliquid simile.

Primum, *deinde*, *tum*, *postremo*.

6 In quadripartita autem partitione sæpe adhibentur *Primum*, *Deinde*, *Tum*, *Postremo*. Cic. l. 15. ep. 14. *Primum* ut

ut

te tanto intervallo viderem; *deinde* ut tibi possem præsens gratulari; *tum*, ut, quibus de rebus vellemus, inter nos communicaremus; *postremo* ut amicitia nostra confirmaretur vehementius. Item lib.7. ep.2., de Nat.Deor. c.1., & ad Quint. Fr. l. 1. ep. 2.

Primum, tum, deinde, post, tum, deinde.

7 Enumerationes vero longiores solent esse liberiores. Cicer. 5. de Fin. c. 23. Et ipsa charitas generis humani serpit sensim foras, cognationibus, *primum tum* affinitatibus, *deinde* amicitiis, *post* vicinitatibus, *tum* civibus, *deinde* totius complexu gentis humanæ.

8 Interdum etiam *Primum* omittitur, & pro *postremo* subjicitur *Tum ad extremum*. Cic. 2. de Or. c. 19. Quinque faciunt quasi membra eloquentiæ; invenire quid dicas, inventa disponere, *deinde* ornare verbis, *post* mandare memoriæ, *tum ad extremum* agere, & pronunciare.

Admonitio.

9 Cæterum in partitionibus quatuor, quinque, & plurium membrorum nimis solent esse infinitæ harum particularum combinationes, nec certa ratio assignari posse videtur. Modo enim eadem particula iterum ac sæpius sola repetitur, modo aliis interseritur, modo omittitur; quæ sunt aurium sensu judicanda.

Primum, absolute positum.

10 Interdum *Primum* absolute ponitur,

tur, quia *Tum*, aut *Deinde*, aut tale aliquid non ſubjicitur. Cic. l. 2. ep. 8. *Primum* tibi, ut debeo, gratulor, lætorque, &c. Id. l. 7. ep. 24. *Primum* ipſas ego Muſas numquam tanti putaſſem. Lege Paulum Manutium ad hunc locum.

Primum iterum.

11 Cic. de am. c. 3. Scipio factus eſt Conſul bis; *Primum* ante tempus, *iterum* ſuo tempore.

Primo, *Deinde*, vel *Poſt*,
vel *ad extremum*.

12 *Primo*, ut diximus, ad tempus pertinet, cui itidem *Deinde* reſpondet, aut *Poſt*. Cic. pro Cluen. c. 5. Ea igitur *primo*, neque id ipſum diu, quomodo poterat, in illa cupiditate continebatur; *deinde* ita flagrare cæpit amentia, ut eam non pudor, &c. *Da principio*, *ec. Dappoi*. Id. de Am. c. 12. Videtis in tabella jam ante quanta ſit facta labes, *primo* Gabinia lege, biennio *poſt* Caſſia. *Prima*. *due anni dopo*. Id. 3. Cat. c. 5. Cum *primo* impudenter reſpondere cœpiſſet, *ad extremum* nihil negavit.

In primis.

13 *In primis*, ſeu *Inprimis*, ut quidam ſcribunt, eſt, quaſi *inter primos*. Cic. Fam. 1. ep. 7. Quam *in primis* amamus. Id. 1. off. c. 14. Brutus juris civilis *in primis* peritus fuit. Ideſt *præ cæteris*.

In primis pro *primum*.

14 Aliquando, ſed raro, idem eſt ac *primum*, eodemque modo conſtruitur. Salluſt.

Salluſt. in Jugur. Jugurtha *in primis* Adherbalem excruciatum necat: deinde omnes puberes interficit.

Primo cum *deinde*, *tum*, *poſt*, *poſtea*.

15 *Primo* cum iiſdem ferme particulis conjungitur, ac *primum*; ſed hoc uſitatius eſt.

Primus, *alter*, *tertius*. *Primus*, *ſecundus*, *tertius*.

16 *Primus*, *alter*, *tertius*, eleganter dicitur; tamen pro *Altero*, *Secundus* interdum ponitur. Cic. l. 1. ep. 2. Cum ſententia *prima* Bibuli pronunciata eſſet, ut tres legati regem reducerent, *ſecunda* Hortenſii, ut tu ſine exercitu reduceres, *tertia* Volcatii, ut Pompejus reduceret. Liv. l. 34. c. 19. *Prima* conditio, ſi tranſire ad Romanos velint; *altera*, ſi domos abire; *tertia*, ſi bellum placeat, &c.

Prior, & *Poſterior*.

☞ 17 *Prior*, & *Poſterior* de duobus dicuntur. Cic. in Piſ. c. 1. Me Ædilem *priorem*, & prætorem primum populus Rom. fecit. Id. pro Quin. 2. *Priore loco* dicere. Id. in Brut. 21. Primas etſi utrique, *priores* tamen deferunt Lælio. Id. 3. Fin. 23. Quid? *poſterius priori* non convenerit?

CA-

CAPUT CXLIV.

De præpositione Pro.

Pro, & Contra.

1 PRo sæpe contrarium habet *contra*: Cic. 3. de Or. 20. Hoc non modo *pro me*, sed contra me est potius. *Non è in mio favore; Non fa per me*. Id. pro Cluent. c. 32. Partim nihil contra habitum valere, partim *pro hoc* esse. Id. At. l. 11. ep. 9. Non tam *pro se*, quam contra me, laborare dicitur.

Pro pro *Ante*.

2 Interdum usurpatur pro *Ante*. Cic. 2. Phil. 26. Hasta posita *pro æde* Jovis Statoris. Id. 3. Phil. 11. Nonne audiente Populo Rom. sedens *pro æde* Castoris dixit? *Avanti al tempio di Castore*. Id. pro Mil. 1. Illa præsidia, quæ *pro templis* omnibus cernitis.

Pro pro *In*.

3 Alias pro *In*. Cæs. l. 6. B. G. 3. Hac re *pro suggestu* pronunciata. *Nel pergamo*. Liv. l. 38. c. 22. Laudati quoque *pro concione* omnes sunt. *In publica radunanza*.

Huc illud referri potest Cicer. pro Cluen. c. 47. Pompilium *pro testimonio* diligentissime laudavit. *In testimonio, facendo testimonianza*.

Pro pro *Vice*, aut *Loco*.

4 Nonnunquam est *Vice*, aut *Loco*. Cicer. 6. Ver. 41. Tibi Marcelli statua *pro patibulo* fuit. *Ti servì per patibolo*. Id. At. 2. ep.

2. ep. 5. Unus Cato mihi est *pro centum millibus*. *In cambio di cento mila*. Id. At. lib. 1. Hoc *pro mercede*, vel *præmio* tibi erit. Item illa trita; *Pro nihilo* habere, ducere, putare, esse. *Stimar per niente*, *Tenere da niente*.

Pro, in comparatione.

5 *Pro* in comparatione sæpe idem est, quod *Si spectes*. Cic. pro Sext. c. 1. Quid esset quod *pro tantis opibus* Reip., *tantaque dignitate* imperii, nequaquam satis multi cives forti, & magno animo invenirentur. *Attesa sì gran potenza della Rep.* Id. 3. Phil. 14. Sunt impii cives *pro charitate* Reip. nimium multi, *pro multitudine* bene sententium admodum pauci. *Atteso*. Id. pro Dom. c. 12. Quid mihi *pro expectatione* populi Roman., *pro* Cn. Pompeii *meritis*, *pro ratione* mei temporis faciendum fuerit. *Per l'aspettazione*, *secondo i meriti*, *secondo il tempo*.

Pro pro *Secundum*.

6 Alias est *Secundum*. Cic. 7. Ver. 25. Civitatibus *pro numero* militum pecuniarum summas describere. *Conforme al numero*. Id. l. 11. ep. 12. Non dubito autem *pro tua singulari prudentia*, quin perspicias. *Conforme*, *Secondo*. Id. 5. Ver. Quorum vobis *pro vestra sapientia*, Quirites, habenda est ratio diligenter. Id. pro Mur. c. 40. Ego vos *pro* mea summa & vobis cognita in Remp. *diligentia* moneo, *pro auctoritate* consulari hortor, *pro magnitudine* periculi obtestor, ut paci consulatis.

Pro

Pro meo, tuo, suo jure.

7 *Pro suo jure* facere, aut dicere aliquid est idem, quod *jure suo*, ac pro potestate, quam quis habet in aliquam rem, dicere aliquid, aut facere sine reprehensionis metu; quod nemo possit id jure reprehendere. Cic. At. 3. ep. 2. Ubi *pro meo jure* diutius esse possem. *Giuridicamente; Con piena autorità*. Id. pro Flac. 38. Pro *meo jure* dico. Plaut. Rud. 5. 3. Nempe *pro tuo jure* oras. Cic. 7. Ver. Tum deprecabitur a vobis, tum etiam *pro suo jure* contendet. *Per la sua autorità, con ogni ragione.*

Pro re, pro re nata, pro tempore, pro opibus.

8 Eodem pertinent illa, *pro re, pro re nata, pro tempore, pro opibus*. Virg. 4. Æn. Pro *re* pauca loquar. Cic. At. l. 7. ep. 8. Animadverteram, posse *pro re nata* te non incommode ad me in Albanum venire. *Conforme all' occasione, che venisse*. Cæs. 5. B. G. 8. 1. Consilium *pro tempore*, ac *re* caperet. *Conforme all' occorrenza, e alla cosa*. Cic. pro Dom. c. 41. Nemo fuit, qui me non *pro suis opibus* in illa tempestate defenderit. *Secondo la sua possibilità.*

Pro mea, tua, sua parte,

6 Item illa, *pro mea, tua, sua parte*, & alia ejusdem modi. Cic. l. 5. ep. 2. Ut ita fieret, *pro mea parte* adjuvi. *Per quanto toccava a me. Quanto mi apparteneva*. Id. pro Syl. 2. Omnes qui adsunt, *pro sua parte*, & auctoritate defendunt.

Id. 1. Tusc. c. 45. *Pro sua* quisque *facultate* parat. *Ognuno secondo il suo potere*.

Pro se quisque.

10 *Pro se quisque* idem est, quod *pro sua quisque parte*. Cic. 3. Off. 14. *Pro se quisque*, quod ceperat, afferebat. *Ciascun per la parte sua*. Id. 3. Ver. 26. *Pro se quisque* manus affert. *Ciascun mena le mani per la parte sua*. Liv. l. 26. c. 36. *Pro se quisque* aurum, argentum, & æs in publicum conferunt.

Pro virili parte.

11 *Pro virili parte* est, *quantum unus vir potest*. Cic. pro Sext. c. 66. Hæc qui *pro sua parte virili* defendunt. Id. 13. Phil. 4. Tum me ejus beneficio plus quam *pro virili parte* obligatum puto. *Più che per uno particolare*.

Pro portione; *pro rata portione*; *pro rata parte*.

12 *Pro portione* idem est, quod *pro rata portione*, vel *parte*. Cic. 2. de Orat. 79. Sed oportet, ut ædibus, ac templis vestibula, & aditus, sic caussis principia *pro portione* rerum præponere. Id. 6. de Rep. 5. Qui intervallis conjuncti imparibus, sed tamen *pro rata portione* distinctis. *A proporzione*. Cæs. 1. B. C. 17. 4. Quaterna in singulos jugera, & *pro rata parte* Centurionibus, evocatisque. *Per rata*. Cic. 1. Tusc. 39. Omnia ista perinde, ut cuique data sunt, *pro rata parte*, aut longa, aut brevia dicuntur.

Pro ut; *pro eo ac*; *pro eo ut*.

13 *Pro ut*; *pro eo ac*; *pro eo ut* idem declа-

clarant. Cic. 4. Ver. 34. *Prout* facultates hominis Thermitani ferebant. *Per quanto comportavano*. Id. 4. Cat. 2. Primum debeo sperare Deos omnes, qui huic urbi præsident, *pro eo* mihi, *ac* mereor, relaturos esse gratiam. Id. 5. Ver. 54. *Pro eo ut* temporis difficultas, aratorumque penuria tulit.

Pro eo quod; pro eo quantum, in comparatione.

14 Cic. pro Plan. c. 38. Vereor, ne parum tibi, *pro eo*, *quod* a te habeo, reddiderim. Id. pro Cluen. c. 15. *Pro eo quod* se non suis solum commodis, sed etiam suorum municipum natum arbitrabatur. Id. 4. Fin. 21. *Pro eo quantum* in quibusque sit ponderis, æstimanda sunt. *Conforme a quello*. Id. l. 3. ep. 3. Equidem *pro eo quanti* te facio, quicquid feceris approbabo. *Per quanto io ti stimo*; *Per la stima grande, ch' io fo di te*.

Pro eo, absolute.

15 Cic l. 13. ep. 8. Quod erit ejusmodi, ut, si a Cæsare, quod speramus, impetraverimus, tuo beneficio nos id consecutos esse judicemus: sin minus, *pro eo* tamen jam habeamus. *Per tanto già lo teniamo*.

Pro pro *Ob*, vel *Propter*.

16 Interdum usurpatur pro *Ob*, vel *Propter*. Plaut. Aul. 3. 3. *Pro vapulando* hercle a te mercedem petam. Ter. Andr. 5. 3. Ut *pro* hujus *peccatis* ego supplicium sufferam. *Per li misfatti di costui*. Id. Eun. 1. 2. Heri minas viginti *pro*

ambobus dedi. *Per tutti due*. Cic. Att. l. 1. ep. 2. Misi, qui *pro vectura* solveret. *Per la vettura di porto*. Id. 2. de Or. c. 86. Dixit se dimidium; quod pactus esset, *pro illo carmine* daturum. *Per quei versi*.

Pro, Interjectio.

17 *Pro* sæpe interjectio est exclamantis, admirationi, aut indignationi serviens. Cicer. 2. Phil. 13. Quæ res (*pro* sancte Jupiter!) in terris gesta major? Id. pro Leg. Man. 12. *Pro* Dii immortales! tantum ne unius hominis incredibilis, ac divina virtus lucis afferre Reipub. potuit? Id. 5. Ver. 60. Pro Deum, atque hominum fidem! Liv. l. 22. c. 14. Tantum (*pro!*) degeneramus a majoribus nostris.

CAPUT CXLX.

De PROPE, PROXIMUS, & PROXIME.

1 PRope est *Juxta*. Cic. in Brut. c. 14. Cum plebs *prope* ripam Anienis consedisset. *Presso la riva del Teverone*. Id. l. 7. ep. 24. Ut non modo *prope* me, sed plane mecum habitare posses. *Non solamente vicino a me, ma in casa mia*. *Con esso me*. Liv. l. 1. c. 25. Eo majore gaudio, quo *prope* metum res fuerat.

Prope pro *Non procul*.

2 Interdum, cum ablativum casum adsciscit, usurpatur pro *Non procul*. Cic. 7. Ver.

7. Ver. 2. At cum bellum in Italia, tam *prope ab Sicilia* gereretur, tamen in Sicilia non fuit. *Tanto appresso*: *Sì vicino a Sicilia*. Id. 4. Ver. 3. Tantum Civium Roman. tam *prope ab domo*, tam bonis, fructuosque rebus detineri. Id. in Pis. 11. *Prope a meis ædibus* sedebas. *Vicin a casa mia*.

Prope sine casu;

3 Cum sine casu ponitur, adverbii vicem obtinet, & contrarium habet *Procul*. Cic. l. 9. ep. 7. Volebam *prope* alicubi esse. *D' appresso*. Id. de Sen. 14. Adolescentia magis fortasse delectatur, *prope* voluptates intuens; sed delectatur etiam senectus, eas procul adspectans. *Da vicino*. Plaut. Casin. 3. sc. 5. Nemo audet *prope* accedere. *Farsi appresso*.

Prope est, ut.

4 *Prope est ut*, est *parum abest quin*. Liv. l. 2. c. 65. Jam *prope erat*, *ut* in summum clivum evaderent. *Poco mancava*. Id. ibid. c. 30. Appius vicit, ac *prope fuit*, *ut* Dictator ille idem crearetur. *Mancò poco*.

Prope est factum; *Nihil proprius est factum*.

5 Liv. l. 25. c. 21. *Prope est factum*, ut injussu Prætoris, signis convulsis, in aciem exirent. *Poco mancò, che non uscissero*. Cicer. ad Qu. Fr. lib. 1. ep. 2. *Propius nihil est factum*, quam ut occideretur. *Mancò poco*; *Non ci mancò quasi niente*. Id. 7. Ver. 36. *Nec quicquam propius est factum*, quam ut illud Uticense exem-

plum de Hadriano transferretur Syracusas. *Nè ci maneò molto.*

Prope adest ut; vel *Cum*.

6 *Prope adest*, est, *Non longe abest*. Plaut. Aul. 2. 3. *Prope adest*, *ut* fiat palam. *E' vicino a farsi palese*. Teren. And. 1. 1. *Prope adest*. *cum* alieno more vivendum est mihi. *Tra poco mi converrà vivere a modo altrui*.

Propius absum.

7 *Proprius absum* idem, quod *Minus longe absum*. Cic. de Sen. c. 21. Quod eo melius cernere mihi videor, quod ab ea *propius absum*. *Più vicino*. Cic. At. l. 1. ep. 1. Quoniam *proprius abes*, *Sei manco lontano*. *Sei più d'appresso*.

Proximus.

8 *Proximus alicui* ferme dicitur. Cic. in Brut. 47. *Crasso*, & *Antonio* L. Philippus *proximus* accedebat. Id. pro Cluen. c. 53. Eques dignitate *Senatori proximus*. Id. l. 10. ep. 15. Laudem *Planco proximam* consecutus es.

9 Interdum tamen præpositionem *A*, vel *Post*, vel *Ante* assumit. Cic. in Or. 64. *Proximus a postremo*. Pli. l. 10. c. 75. Somnia *a vino*, & *a cibis proxima* vana sunt. *Subito*. Cic. 1. Off. 30. Qui Præfectus classis *proximus post Lysandrum* fuit. *Immediatamente dopo*. Id. de Sen. c. 12. Tum hic, fratre suo Censore, qui *proximus ante me* fuerat. *Immediatamente prima*.

Proximus pro *proxime antecedenti*.

10 Interdum *proximus* est *proxime antece-*

tecedens. Cic. pro Leg. Man. c. 19. Qui *anno proximo* legati fuerunt. *L' anno passato*.

Proximus superior.

11 *Proximus*, ut Superior sit, qui fuit ante proximus. Cic. pro Arch. c. 5. Est enim obscurum *proximis Censoribus* hunc cum L. Lucullo apud exercitum fuisse; *superioribus* cum eodem Quæstore fuisse in Asia; primis nullam partem populi esse censam. *Al tempo de gli ultimi Censori*. Id. 1. Cat. c. 1. Quid *proxima*, quid *superiore* nocte egeris. *La notte passata, e l' altra*.

12 Alias *Proximus* cum *superiore*, & *inferiore* conjungitur. Cic. l. 1. ep. 9. *Proximis superioribus* diebus. *Questi ultimi giorni*. Id. 2. de Nat. Deor. c. 20. Huic *proximum inferiorem* orbem tenet. *Il cielo immediatamente inferiore*.

Proximus pro *Insequenti*.

13 Nec solum ad tempus præteritum *Proximus* refertur, sed sæpe etiam ad futurum, ut proxime insequens, aut consecutum declaret. Cic. pro Mil. c. 9. Clodius reliquit annum suum, seseque *in proximum* transtulit. Id. l. 10. ep. 26. Scilicet id agitur, utrum hac petitione, an *proxima* Prætor fias. Id. in Brut. c. 10. Hunc *proximo seculo* Themistocles insecutus est. *Nel seguente*.

Proximus in ordine.

14 Interdum *proximus* refertur ad ordinem. Cic. 2. Inv. 98. Summa necessitudo videtur esse honestatis: huic *proxima*

incolumitatis; tertia, & levissima commoditatis. Id. 1. Off. 33. Ad hanc rationem natura vim maximam habet, fortuna *proximam*. Id. 1. At. 1. ep. 1. Satyrus obsevat Domitium maxime; me habet *proximum*.

Proximus in cognatione.

15 Interdum *Proximus alicujus* dicitur, qui cognatione eum proxime attingit. Namque proximi conjunctiores sunt, quam propinqui. Cic. 2. Inv. 49. Tyranno occiso, quinque *ejus proximos cognatione* magistratus necato. Id. de Am. 19. Si quam præstantiam consecuti sunt, impertiant eam suis, communicentque *cum proximis*. Id. 7. Ver. 7. Ver. 64. Cum hæc omnia *tuis proximis* plana fecero. *A' tuoi più stretti*.

Proxime, cum Accusativo.

16 *Proxime*, item ut *Prope*, ex quo factum est, accusandi casum interdum habet. Cicer. 10. Phil. 11. Brutus operam det, ut suis copiis quam *proxime Italiam* sit. *Più vicino ad Italia, che sia possibile*. Id. de Un. *Proxime terram* ambit lunæ cursus. *Più vicino alla terra di tutti*.

Proxime pro *Maxime*.

17 Interdum usurpatur pro *Maxime*. Cicer. l. 11. ep. 21. Sed velim tibi persuadeas, &c. me huic tuæ virtuti *proxime* accedere. *Ch' io sono il primo dopo di te in questa tua virtù*. Id. 4. Ver. 3. Ut *proxime* ad nostram disciplinam illam veterem, non hanc, quæ nunc increbuit,

buit, videantur accedere. *S' avvicinano più che altri, che siano.*

Proxime pro *Novissime*, aut *ultimo loco.*

18 Alias pro *Nuperrime*, aut *ultimo loco*. Cic. 2. Phil. 5. *Proxime* est mortuus. *Ultimamente*. Id. 2. de Nat. Deor. 23. In Capitolo *proxime* dedicavit. Id. lib. 5. ep. 15. In iis litteris, quas *proximè* a te accepi. *Di fresca*.

Proxime superior.

19 Cic. 3. de Nat. Deor. 21. Musæ eodem numero, quo *proxime superiore*. *Quello, che ho detto pur dinanzi.*

Proxime, in ordine.

20 Cic. pro Cluen. 31. Sapientissimus est, cui quod opus sit, ipsi veniat in mentem: *proxime accedit*, qui alterius bene inventis obtemperat. *Più di tutti se gli appressa*. Id. 2. Off. 3. *Proxime* autem, & secundum Deos homines hominibus utiles esse possunt. *Dopo gli Dei nel primo luogo, ec.*

Proxime, atque.

21 Cic. l. 9. ep. 13. Non possum non aut *proxime atque* ille; aut etiam æque laborare. *Vicino a lui, ovvero anche del pari.*

CAPUT CXLVI.

De Præpositione PROPTER.

Propter, Causa efficiens.

1 P*ropter*, plerumque causam efficientem declarat. Cic. in Brut. 26. Eaque suspicio *propter hanc causam* fuit. Id.

pro Rosc. Am. c. 4. Susceptum onus aut *propter imbecillitatem* animi deponere. Interdum finem significat. Cic. At. 7. ep. 5. Tyronem *propter humanitatem*, & modestiam malo salvum, quam *propter usum* meum. Ubi *propter usum* finem declarat. Id. 1. Fin. 26. Virtus per se, & *propter se* expetenda. *Da per se, e per causa sua.*

Propter pro *Prope*:

2 *Propter* sæpe usurpatur pro *prope*. Cic. 2. de Nat. Deor. c. 22. Vulcanus tenuit insulas *propter Siciliam*, quæ Vulcaniæ appellantur. *Appressò a Sicilia*. Id. in Brut. 6. In pratulo *propter* Platonis *statuam* consedimus. Id. in Pis. c. 3. Hic vir clarissimus, qui *propter te* sedet L. Gellius. *Ti siede appresso*.

Etiam sine casu hoc sensu usurpatur. Cic. 6. Verr. c. 48. Etenim *propter* est spelunca quædam. *Ivi vicino*.

Admonitio.

4 *Propter* pro *prope* usurpari solet, cum status in loco significatur; nam, cum declaratur motus, *præter* dici solet. Nam illud in 2. lib. de Inv. c. 31. Fluvius Eurotas, qui *propter Lacedæmonem* fluit: videndum est, ne mendum contineat, & pro *propter*, *præter* legendum sit. Unde *præterfluere* conflatum esse constat.

Propterea quod; propterea ut; propterea quia.

5 *Propterea ex propter*, & *ea* factum esse apparet; usurpatur pro *Idcirco*, & fere

fere cum *Quod*, vel *Ut* copulatur Cicer. l. 5. ep. 8. *Propterea quod* nullam rem gravius jam diu tali. Id. l 8. ep. 18 Cum essem otiosus in Tusculano, *propterea quod* discipulos obviam miseram. *Per rispetto che*. Id. l. 13. ep. 68. *Propterea* scripsi; *ut* me non sine causa laborare intelligeres. Id. pro Lig. 3. Atque hæc *propterea* de me dixi, *ut* mihi Tubero, &c. ignosceret. *Affinche*. Id. 2. de Div. c. 22. Res mirabilis *propterea*, *quia* non sæpe fit.

CAPUT CXLVII.

De Adverbio QUA.

Qua, qua, pro *Tum, tum*.

1 QUa, proprie est per quem locum, ut planum est. Cic. 3. Phil. 8. Ipse in templum nescio *qua* per cuniculum ascendit. Sæpe tamen iteratur, ut significet *Tum, Tum*. Cic. ad Qu. Fr. ep. 1. Topiarium laudavi, ita omnia convestivit hedera, *qua* basim Villæ, *qua* intercolumnia ambulationis. Id. At. l. 15. ep. 18. Intelligo te distentissimum esse, *qua* de Buthrotiis, *qua* de Bruto. *Così in quanto ai Butrozi, come quanto a Bruto*. Id. At. l. 9. ep. 14. Quam expedita tua consilia, quam evigilata tuis cogitationibus, *qua* itineris, *qua* navigationis, *qua* congressus, sermonisque cum Cæsare. *Tanto del viaggio, quanto della navigazione, quanto dell'abboccamento, ec.*

Quacumque.

2 *Quacumque* est *Per quemcumque locum*. Cic. 3. Ver. 16. *Quacumque* iter fecit, ejusmodi fuit, ut non legatus Pop. Romani, sed ut quædam calamitas pervadere videretur. *Dovunque fece viaggio, per tutto si portò in modo*. Illud translate 5. Fin. 2. *Quacumque* ingredimur, in aliquam historiam vestigium ponimus. *Dovunque camminiamo, poniamo il piè, ec.*

CAPUT CXLVIII.

De Pronomine, QUALISCUMQUE.

1 QUaliscumque ex *Quali* factum, plerumque ejus vim extenuat. Cic. At. l. 13. ep. 45. Turpe enim est nobis illum, *qualiscunque* est, hoc primo anno egere. Id. At. l. 14 ep. 16. Sed homines benevolos, *qualescumque* sunt, grave est insequi contumelia. *Di qualunque sorta si sieno*.

Qualiscunque, Talis.

2 Interdum refertur ad *Talis*. Cic. 3. de Leg. c. 14. *Qualescumque* summi civitatis viri sunt, *talis* est civitas.

CAPUT CXLIX.

De Adverbio QUAM.

Quam, tam.

1 QUam sæpe adsciscit *Tam*, cum comparatio intercedit Plaut. Capt. 2. 2. *Quam* tu filium tuum, *tam* pater me meus desiderat. Cic. 2. Ver. 2. Quod si, *quam* audax ad conandum,

tam

tam esset obscurus ad tegendum. Id. l. 16. ep. 1. Xenomenes hospes *tam* te diligit, *quam* si vixerit tecum. *Tanto ti ama, come se.*

Quamdiu, tamdiu.

2 Cic. 2. de Or. c. 22. *Quamdiu* mansit immitatio, *tamdiu* genus illud dicendi, studiumque vixit, lege *Tamdiu*.

Quam mox: Lege *Mox*.

Quam pridem, quam dudum.

3 Teren. Eun. 3. 3. Huc evasit; *quam pridem* pater mihi, & mater mortui essent? dico jamdiu. *Quanto tempo era, che.* Cic. pro Rosc. Com. 3. Quæso *quam pridem* hoc nomen, Fanni, in adversaria retulisti? *Quanto è, che hai scritto al giornale questa partita?* Plaut. Stich. a. 2. sc. 2. Vide, *quam dudum* hic adsto.

Quam, pro *Valde*, cum positivo, & interrogatione.

4 *Quam*, cum positivo sæpe, & interrogatione junctum significat *Valde*. Cic. At. l. 7. ep. 15. Suam in senatu operam, auctoritatemque *quam magni* æstimat? *Quanto la stima?* Id. 3. de Nat. Deor. 21. Soles ipsi *quam multi* a Theologis proferuntur? *Quanti*. Id. l. 11. ep. 24. Te igitur imitabor? *Quante cose in quanto poche parole.*

Quam cum superlativo.

5 *Quam* cum superlativo usitatissimum est. Cic. Partit. 1. An est mi Cicero, quod ego malim, quam te *quam doctissimum* esse? *Il più dotto uomo del mondo.* Id. de Am. 17. Commodissimum est, *quam* la-

laxissimas habere habenas amicitiæ. *Tener la briglia lenta il più, che si può*. Id. At. l. 16. ep. 21. Sed peto a te, ut *quam celerrime* mihi librarius mittatur. Id. 3. Ver. 30. Quo *quam minime* multi de istius nefario scelere audire possent. *Quanto men molti fosse possibile*.

Quam optantis.

6 Cic. At. l. 2. ep. 22. *Quam vellem*, domi mansisses. Id. At. 7. ep. 1. *Quam vellem*, etiam num in provincia morari. *Che pagherei!* Id. 3. Fin. 3. *Quam vellem*, ut te ad Stoicos inclinasses. *O come vorrei*.

Quam admirantis.

7 Cic. At. l. 7. ep. 1. *Quam* non est facilius virtus? *Come non è facile la virtù?* Id. 5. Fin. 22. *Quam* cupiunt laudari? ut pedet vinci? Id. At. l. 9. ep. 2. *Quam* nihil prætermittis in consilio dando?

Quam dolentis.

8 Terent. And. a 1. sc. 1. *Quam* timeo, quorsum evadas. Id. Heaut. a. 5. sc. 4. Eheu *quam* ego nunc totus displiceo mihi!

Quam pro *postquam*.

9 Liv. l. 3. c. 8. Tertio die, *quam* interregnum inierat. Id. ibid. c. 33. Anno trecentesimo altero, *quam* condita Roma erat. Adde l. 4. c. 3.

Quam primum.

10 *Quam primum* videtur usurpari pro *quam primum fieri possit*. Cic 14. Auctor est, ut *quam primum* agere incipiant. *Comincino a operar quanto prima*.

Quam cum *possum*, & superlativo.

11 Cic. pro Dom. c. 26. Dico igitur, & , *quam maxima possum voce* dico. *E lo dico quanto più alto posso*. Id. de Sen. 14. Convivium ad multam noctem, *quam maxime possumus*, vario sermone producimus. *Il più che possiamo*. Id. 2. de Nat. Deor. c. 51. Aves nidos construunt, eosque, *quam possunt mollissimè* substernunt. Id. 1. Div. 32. Exposui, *quam brevissime potui*, oracula. *Con la maggior brevità, ch' io ho potuto*.

12 Scriptores minus elegantes utuntur sæpe positivo pro superlativo. Plin. l. 18. c. 28. *Quam potero dilucide*, atque perspicue.

Quam, & *tam* cum superlativis.

13 *Quam*, & *tam* cum superlativis junxit Varro l. 2. de R.R. c. 9. *Quam paucissimos* reliqueris, *tam optimi* in alendo fiunt propter copiam lactis. Sed noli temere imitari.

Quam, cum *Volo*, pro *Quantum*.

14 *Quam* cum verbo *Volo* usurpatur pro *Quantum*. Cicer. pro Cœl. c. 26. *Quam velit* sit potens. *Sia potente, quanto si voglia*. Id. ib. c. 28. *Quam volent*, in conviviis faceti sint. Id. 2. de Nat. Deor. c. 17. Hic, *quam velit* Epicurus, jocetur. *Burli pur quanto vuole*. Id. 4. Ver. 42. *Quam voletis*, multis dicent. *Quanto vorrete*. Item cum aliis verbis. Cic. Off. l. 1. c. 31. Velle experiri, quam se aliena deceant.

Quam pro.

15 Liv. l. 10. c. 14. Minor cædes, *quam pro*

pro tanta victoria fuit. Id. ibid. c. 4. Pulverem majorem, *quam pro* numero excitabant.

Quam quantum.

16 *Quam* in comparatione sæpe assumit *quantum*. Cic. 3. de Or. 4. Ut majus quiddam de L. Crasso, *quam quantum* a nobis exprimetur, suspicientur. Id. 5. Ver. 23. Iis plus frumenti imperabatur, *quam quantum* exaraverant. *Più di quello che*. Id. 5. Ver. 43. Sexies tantum, *quam quantum* satis sit, ablatum esse.

Quam quod; quam ut; quam ne.

17 Jungitur interdum cum *quod*, vel *ut*. Cic. At. l. 11. ep. 7. Sed ex omnibus nihil tamen magis desideratur, *quam quod* in Africam non jerim. Id. 2. de Or. Sed hoc majus est quiddam, *quam ut* ab iis postulandum sit. *Più di quel, che si debba ricercar da loro*. Ter. Heaut. 4. sc. 6. Nihil magis metuo, *quam ne* denuo extrudar. Cic. 3. de Or. 6. Hoc est altius, *quam ut* nos humi strati perspicere possimus. *Più alto di quel che noi, ec.* Id. 1. Or. 36. Alter iniquum putabat, plus secum agi, *quam quod* esset in actione. Idest, *quam quantum*.

Quam quomodo.

18 Cicer. de Sen. 4. Multa præclara in eo viro cognovi sed nihil est admirabilius, *quam quomodo* ille mortem Marci filii tulit. Id. 3. de Or. 4 Crassum pleniorem fuisse putat, *quam quomodo* a nobis inductus est.

Quam pro *quanto*.

19 *Quam* pro *quanto* jungitur cum comparativis. Virg. 3. Geor. v. 309. *Quam magis* exhausto &c. Plaut. Bacchid. *Quam magis* id repeto, tam magis uror. Sed hæc vix Poetis aliquando concedenda.

CAPUT CL.

De Adverbio QUANDO.

1 QUando proprie est *Quo tempore*, Cic. 1. de Or. 22. *Quando* me ista curasse arbitramini? Id. pro Leg. Agr. Tum *quando*, Alexandro mortuo, legatos Tyrum misimus. *Allora, che*. Id. 2. Off. 21. Utinam tunc essem natus, *quando* Romani dona accipere cœpissent. Id. pro Dom. c. 27. *Quando* igitur est turpe? *quando* est pœna peccati?

Quando, & *quandoquidem* pro *Quoniam*.

2 Cicer. l. 10. ep. 12. Quam *quando* complexus es; & tenes. *Poichè*. Id. l. 5. ep. 20. *Quando* te id video desiderare. Id. in Brut. 44. *Quandoquidem* tu istos oratores tantopere laudas, vellem, &c. Id. 4. Ver. 3. Statuerunt sedes suas relinquere, *quandoquidem* agros jam ante istius injuriis exagitati reliquissent. *Atteso che*.

Admonitio.

3 Frequentius tamen in soluta oratione usurpatur *Quoniam*. Vide infra.

Si quando, *ne quando*, *num quando*.

4 *Quando*, quoties invenitur conjun-
ctum

ctum cum *si*, *ne*, & *num*, ponitur pro *aliquando*. Cic. 4. Tusc. c. 15. *Si quando* impotentia animi adepta est id, quod, &c. Id. pro Rosc. Am. c. 50. *Ne quando* liberis proscriptorum bona patria reddantur. Id. de Amic. c. 19. Existit hoc loco quæstio, *num quando* amici novi veteribus sint anteponendi.

CAPUT CLI.

De Conjunctione QUAMQUAM.

Quamquam, tamen; quamquam, sed.

1 QUamquam plerumque quidem *Tamen* adsciscit, quod exempla passim docent: verumtamen interdum assumit *Sed*. Cic. l. 12. ep. 14. *Quamquam* egregios Consules habemus, *sed* turpissimos Consulares. Id. l. 13. ep. 32. *Quamquam* a te quidem cumulate satisfit, *sed* sic velim existimes.

Quamquam, sed tamen; sed certe; veruntamen.

2 Cic. 3. de Or. c. 14. *Quamquam* sunt omnes virtutes æquales, & pares; *sed tamen* est species alia magis, alia formosa, & illustris. *Sebben, ec. Ma pure, ec.* Id. l. 1. ep. 9. *Quamquam* tua quidem causa, ut debeo, lætor; *sed certe*, &c. Id. l. 5. ep. 21. Puto autem mea nonnihil interesse, *quamquam* id ipsum quid intersit, non sane intelligo; *verumtamen* quicquid, &c.

Quamquam, absolute positum.

3 *Quamquam* interdum absolute ponitur, ni-

nimirum quia ad dicta magis respicit, quam ad ea, quæ dicenda sunt. Cic. l. 12. ep. 25. Remp. si licebit, more nostro tuebimur; *quamquam* admodum sumus jam defatigati. *Benche noi siam già molto stanchi*. Id. de Am. 10. *Quamquam* ille quidem nihil difficilius esse dicebat, quam amicitiam usque ad extremum vitæ diem permanere. *E' ben vero, ch' egli dicea*. &c.

Admonitio.

4 Huc plerumque pertinent illa, quæ modo exposui, cum pro *Tamen* reponitur *Sed*.

CAPUT CLII.

De Conjunctione QUAMVIS.

Quamvis pro *Etiamsi*, cum *tamen*, *attamen*, *certe*.

1 Quamvis non tam significat *Quanquam* apud Ciceronem, quam *Etiamsi*. Assumit autem *tamen*, *attamen*, *certe*. Cicer. l. 7. ep. 3. Si me audissent, *quamvis* iniqua pace, honeste *tamen* viverent. Idem 2. Phil. 45. Res bello gesserat, *quamvis* Reipublicæ calamitosas, *attamen* magnas. Id. At. l. 16. ep. 7. *Quamvis* non fueris impulsor, & suasor profectionis meæ, approbator *certe* fuisti. *Sebbene, &c. nondimeno l' approvasti*.

Admonitio.

2 *Quamvis* pro *Quamquam*, in principiis maxime, a Cicerone raro admodum usurpatur. Fere autem Conjunctivo jungitur:

Quam-

Quamvis, pro *Quantumvis*.

3 Sæpissime *quamvis* nominibus, & adverbiis junctum pro *Quantumvis* ponitur. Cic. At. l. 12. ep. 36. *Quamvis prudens* ad cogitandum sis, sicut es, tamen. *Per prudente, che tu sii*. Id. pro Rosc. Am. c. 16. Quasi vero mihi difficile sit, *quamvis multos* nominatim proferre. *Quanti tu ne vuoi*. Id. lib. 2. ep. 16. *Quamvis parvis* Italiæ latebris contentus essem. *Per picciole, che fossero*. Id. 4. Ver. 54. Quidvis facere in ejusmodi rebus, *quamvis callide, quamvis audacter, quamvis impudenter*. *Quanto astutamente tu vuoi, ec.*

CAPUT CLIII.

De QUANTUM, & QUANTOPERE.

Quantum, absolute.

1 Quantum adverbium ex nomine, sæpe absolute ponitur. Cicer. l. 5. ep. 8. Quamobrem tu, *quantum* tuo judicio tribuendum esse putes, statues ipse. Id. l. 6. ep. 11. *Quantum* quidem ego intelligere potueram. *Per quanto io avea potuto comprendere*. Id. 1. de Or. 21. Ego (*quantum* auguror conjectura) non despero fore aliquem. *Per quel, ch' io vo congbietturando*. Id. l. 3. de Leg. Hæc lex Attico nostro non placet, *quantum* ex vultu ejus intelligo. *Per quanto io raccolgo dal viso*.

Quantum in me, in te, in ipso est.

2 Huc pertinent illa: *Quantum in me, in te, in ipso est*. Cic. ad Qu. Fr. l. 1. ep. 1.

Quan-

Quantum in me erit. *Per quanto starà a me. Per quanto si stenderanno le mie forze*. Id. 3. de Nat. Deor. c. 7. *Quantum* quidem *in te est*. Id. At. 5 ep. 2. *Quantum esset in ipso*. Id. pro Flac. 25. Nam nomen civium Romanorum, *quantum in ipsis fuit*, sustulerunt. *Per quel che toccava a loro*. Id. pro Arch. c. 1. Huic profecto ipsi, *quantum est situm in nobis*, opem ferre debemus. *Per quanto si stendono le forze nostre*.

3 *Nimium quantum*, *mirum quantum* V. in *Nimium*.

Quantum possum.

4 Sæpe *Quantum* jungitur cum verbo *Possum*. Cic. in Pisc. c. 3. Pompejus, quem *quantum potui*, multis sæpe orationibus ornavi. *Per quanto io ho potuto*. Id. pro Sext. 13. Ut afflictæ Reipub. *quantum posset*, mederetur. *A suo potere*. Id. 6. Phil. 7. Quamobrem, Quirites, consilio, *quantum potero*, labore plus pene quam potero, vigilabo pro vobis. *Quant'io potrò mai*.

Quantulum, & *quantulumcumque*, in extenuatione.

5 *Quantulum*, & *Quantulumcumque* extenuationi serviunt. Cicer. 6. Ver. 1. Nos qui jam, & quid facere, & *Quantulum* judicare possemus, ostendimus. *Quel poco che potemmo*. Id. 2. Agr. 25. Etenim *quantulum* interest utrum in Massici radices, an in Apuliam, aliove quopiam deducamini? *V'è forse poca differenza eh?* Id. 1. Or. c. 29. Ut ne plus nos assequamur, quam *quantulum* tu in dicendo assecutus es. Id. 2. Div. 65. Misit conjectori, *quantulum* visum

ſum eſt de argento. *Quel pocolino.*

6 *Quantulumcumque* apertius extenuat. Cic. 4. Ver. 74. Sed tamen, quicquid erit in his libellis, *quantulumcumque* videbitur eſſe, hoc quidem certe manifeſtum erit. *Per poco, che paja eſſervi.* Id. 2. de Or. 23. Ex eo quod dico, *quantulumcumque* id eſt quid faciam, judicari poteſt. *Per pochetto, che ſia.* Id. in Or. 30. Eaſque nos primi, quicumque eramus, & *quantulumcumque* dicebamus, convertimus. *E per quel poco, che noi, ec.*

Quantum, tantum, vel *Tantundem.*

7 Interdum adſciſcit, *Tantum*, vel *Tantundem*. Cicer. l. 16. ep. 4. *Quantum* me diligis, *tantum* fac, ut valeas. Id. l. 16. ep. 7. *Quantum* me diligis, *tantum* adhibe diligentiæ. *Per quanto amor tu mi porti.* Id. l. 6. ep. 19. *Quantum* de illo libro, *tantundem* de mei judicii fama detrahatur. Id. l. 15. ep. 11. *Quantum* tibi omnes debent, quominus *tantundem* ego unus debeam, non recuſo. *Non niego di non eſſere altrettanto obbligato.*

Quantopere pro *quantum*, vel *quam*.

8 *Quantopere* refertur ad *Tantopere*, & *Quantum*, aut *quam* ſignificat. Cic. 1. de Or. 35. Neque enim *tantopere* deſiderabam, &c. *quantopere* delector, &c. Id. 5. Ver. 87. Perſpicere vos certo ſcio, *quantopere* Siculis hoc expediat. Id. At. l. 14. ep. 7. Dici non poteſt, *quantopere* gaudeant. *Quanto ſi rallegrino.*

Quantopere diſſolutum.

9 *Quantopere* diſſolvitur aliquando in duas

as voces . Cic. 2. de nat. Deor. c. 49. *uanto ſe opere* cuſtodiant beſtiæ.

CAPUT CLIV.

De Adverbio QUASI.

Quaſi pro *Tamquam*, vel *Sicut*.

Quaſi adverbium eſt ſimilitudinis, & *Tamquam* ſignificat. Cic. 1. de Or. 3. Philoſophia laudandarum omnium artium procreatrix quædam, & *quaſi* parens. *Come madre*. Id. de Sen. 23. Nec vero velim, *quaſi* decurſo ſpatio, a calce ad carceres revocari. Id. 1. Tuſc. 4. Sic eas exponam, *quaſi* agatur res, non quaſi narretur. *Come ſe*.

Quaſi ſic; *quaſi ita*; pro *Sicut*; vel *Non ſecus ac*.

2 Interdum eſt *Sicut*, vel *Non ſecus ac*; & aſſumit *Sic*, aut *Ita*. Cic. 9. ep. 16. Ut *quaſi* aurum igne, *ſic* benevolentia fidelis periculo aliquo perſpici poſſit. *Siccome l'oro nel fuoco*. Id. de Sen. 8. Litteras Græcas *ſic* avide arripui, *quaſi* diuturnam ſitim explere cupiens. *Come s'io voleſſi cavarmi una ſete di lungo tempo*. Id. pro Quin. c. 2. *Quaſi* tua res, aut honos agatur, *ita* laboras. *Come ſe n'andaſſe la roba, o l'onor tuo*. Id. 2. Agr. 18. Sed plane *quaſi* ea res nobis ſaluti futura ſit, *ita* cogit, atque imperat, ut &c. *Non altrimenti, che ſe*.

Quaſi, & *Quaſi vero*, per Ironiam.

3 *Quaſi*, & *Quaſi vero* ſæpe Ironiam continet. Cic. 2. Phil. 39. Medico tria millia jugerum, *quaſi* te ſanum facere potuiſſet.

Come se. Id. 2. Fin. 3. *Quasi* me pudeat istorum, aut non possum, quemadmodum dicantur, ostendere. *Come s' io mi vergognassi*. Id. 3. Ver. 13. *Quasi vero* id cupiditate defendendæ nobilitatis, aut studio partium fuerit. Id. l. 3. ep. 7. *Quasi vero* ad cognoscendum, ego ad illos, non illi ad me venire debuerint. *Come se*.

Quasi pro *Fere*.

4 Interdum usurpatur pro *Fere*. Cic. 2. Ver. 8. Ex his *quasi* decem fiscos ad Senatorem illum relictos esse. *Intorno a dieci*. Id. 2. Acad. 26. Quantulus vobis videtur? mihi quidem *quasi* pedalis. *Quasi della misura d' un piede*. *D' un piede in circa*. *Poco più, o meno d' un piede*.

Admonitio.

5 *Quasi* pro *Fere*, cum contrahitur numerus, spatium, aut aliud ejusmodi, apud Ciceronem rarum admodum est. Ejus loco *Fere*, *Ferme*, *Pene*, *Prope*, *Propemodum* usurpari solent.

CAPUT CLV.

De Adverbio QUATENUS.

Quatenus, ad quem terminum.

1 QUatenus, est *Ad quem terminum*, cui respondet *Eatenus* Cic. de Am. 11. Quamobrem id primum videamus, *quatenus* amor in amicitia progredi debeat. *Sino a che termine debba arrivare*. Id. in Or. 22. In omni re videndum est *quatenus*; etsi enim suus cuique modus est, tamen magis of-

ndit animum, quam parum. Id. de
l. 17. Est enim *quatenus* amicitiæ dari
nia possit. *V' è un certo segno, sin dove si
a perdonare. Sin' ad un certo che si può per-
are.*

Interdum ad tempus refertur. Cic.
Phil. 5. Quibus auspiciis istos fasces
gur acciperem? *quatenus* haberem? cui
derem? *Fino a quanto averli? A chi la-
rli?*

Quatenus pro *Qua ex parte*.

Interdum usurpatur pro *Qua ex parte*.
c. l. 1. ep. 2. Postulatum est, ut Bibu-
ntentia divideretur: *quatenus*, de reli-
ne dicebat, &c. Bibulo assensum est.
anto a quella parte.

Quatenus pro *quoniam*.

Quatenus pro *quoniam* est Quintiliani l.
c. 3. Plinii l. 3. ep. 7. & aliorum, sed
i deterioris, & ab aurea latinitate de-
neris.

CAPUT CLVI.

De Adverbio QUEMADMODUM.

Quemadmodum pro *Quomodo*.

Q*Uemadmodum* factum ex tribus ver-
bis, *Quem Ad Modum*, idem est,
od *Quo modo*. Cic. At. l. 2. ep. 5. Velim,
ites, *quemadmodum* bibliothecam nobis
ficere possis. *In che modo*. Id. At. l. 7.
24. Hæc res *quemadmodum* reciderit, &c.
im ad me scribas. *Come sia avvenuta*.

Quemadmodum, sic; vel *Ita*.

Interdum assumit *Sic*, vel *Ita*. Cic.

 ad

ad Qu. Fr. l. 1. ep. 1. Ut, *quemadmodum* gubernatores optimi vim tempestatis, *sic* illi fortunæ impetum superare non possent. *Siccome*. Id. ad Qu. Fr. l. 2. ep. 12. Tu, *quemadmodum* me censes oportere esse in repub. &c. *ita* & esse, & fore auricula infima molliorem scito.

Quemadmodum post *ratio*.

Cic. Fam. 13. ep. 29. Ineas *rationem*, *quemadmodum* ea mulier Romam perducatur. Id. 3. de nat. Deor. c. 16. Reddes *rationem*, *quemadmodum* idem fieri potuerit.

CAPUT CLVII.

De Pronomine QUIS, vel QUI.

1 QUis servit interrogationi, vel dubitationi. Cic. de Am. *Quis* clarior in Græcia Themistocle? *quis* potentior? Interdum assumit *Qui*. Cic. 7. Ver. Jam hoc, *quis* tum fuit Syracusis, *qui* non audierit?

2 Huc spectant illa. Cic. pro Rosc. Com. Considera *quis quem* fraudasse dicatur. *Chi sia quegli, che si dice aver fraudato, e quale la persona, che si dica essere stata fraudata.*

Qui, sine interrogatione, ac dubitatione.

3 *Qui* sine interrogatione, ac dubitatione adhiberi plerumque solet. Cic. 1. Off. 12. Nego jus esse, *qui* miles non sit, pugnare cum hoste. Id. 1. Ph. 5. Misi pro amicitia, *qui* hoc diceret. *Gli mandai a dire*,

Qui

Qui, ideſt *pro eo qui*.

4 *Qui* pro varietate caſuum idem eſt aliquando, ac *pro eo qui*. Cicer. Fam. 7. ep. 2. Si mihi permiſiſſes rem, *qui* meus amor in te eſt, confeciſſem. Id. pro Do. c. 32. Pater tuus, ſi viveret, *qua* ſeveritate fuit, tu profectò non viveres.

5 Interdum tamen *Qui* pro *Quis* uſurpatur. Cic. pro Dom. *Qui* tantus fuit labor, quæ ſimultas? Id. 2. Phil. 36. *Qui* vir, & quantus fuiſſes? Id. in Piſ. Vereor, ne *qui* ſit. Id. pro Mur. c. 15. Si diligenter fueris, conſiderabis. *Che uomo*.

Qui pro *Ut*.

6 Interdum *Qui*, *quæ*, *quod* uſurpatur prò *Ut*. Cic. pro Dom. c. 34. Nec ſum tam inſolens, *qui* Jovem eſſe me dicam. *Tanto impertinente, ch'io dica*. Id. l. 1. ep. 6. Talem autem te eſſe oportet, *qui* primum ad disjungas.

Qui pro *Qualis*.

7 Alias pro *Qualis*. Cicer. At. l. 6. ep. 3. Sed illum eum eſſe puto, *qui* eſſe debet. *Tale, qual' eſſer dee*. Lege pronomen *Is*.

Quis pro *Aliquis*.

8 Quoties antecedit *Si*, *Niſi*, *Ne*, pro *Aliquis* eleganter dici ſolet. Cic. 2. Phil. 14. *Si* te in judicium *quis* adducat. Id. At. l. 1. ep. 13. *Niſi quis* nos Deus rêſpexerit. Id. in Brut. c. 13. *Niſi quid* de Epaminonda ſuſpicari libet. Id. 2. de Leg. 9. *Ne quis* agrum conſecrato. Id. 1. Off. 20. *Ut ne quis* re egerent.

Quis pro *aliquis* fine præcedente particula.

9 Sæpe etiam *quis* usurpatur pro *aliquis* non præcedente neque *si*, neque *ne*, neque *nisi*. Cic. 3. Off. c. 19. Non igitur faciat (dixerit *quis*) vir bonus quod utile sit. Idem ib. c. 20. Quid interest, utrum se ex homine convertat *quis* in belluam, an &c.

Qui, *quæ*, *quod*, præpositum.

10 *Qui*, *quæ*, *quod* eleganter præponitur: subiicitur autem *Hic*, vel *Is*. Cic. l. 2. ep. 1. Sic ad nos confirmatus revertere, ut *quam* expectationem tui concitasti, *hanc* sustinere, ac tueri possis. Id. l. 6. ep. 8. *Quæ* ad te pertinere arbitrabor, *ea* mea sponte faciam. Id. l. 6. ep. 23. *Quæ* didicisti, *iis* hoc tempore utare.

Qui, *Idem*.

11 Interdum subiicitur *Idem*, aut nonnullis vocibus interjectis, aut etiam proxime. Plaut. Asin. 2. 2. Fortiter malum *qui* patitur *idem* post patitur bonum. Liv. l. 2. c. 15. Ut *qui* libertati finis erit in illa urbe, *idem* sit urbi. Cic. 3. Phil. 10. *Quod idem* fecit L. Philippus, vir avo, patre, majoribusque suis dignissimus.

Qui pro *utpote*.

12 Cic. Fam. 16. ep. 1. Peccasse mihi videor, *qui* a te discesserim. Neap. Att. *Qui* Civitatem conservatam cuperet, pecuniam numeravit de suo. *Come quegli, che desiderava, ec.*

Quid hominis, *quid mulieris*.

13 *Quid hominis* pro *quis homo*; *quid mulieris* pro *quæ mulier* eleganter dicimus.

Ter.

Ter. Heat. 4. 8. Quæso *quid* tu *hominis* es? *Che uomo sei tu?* Id. Eun. 3. 4. *Quid* hoc *hominis?* quid hic ornatus est? Plaut. Amph. 2. 2. *Quid* sit hoc *hominis*. Cic. 4. Ver. 54. Exponam vobis breviter, *quid hominis* sit. *Che uomo egli sia*. Ter. Hecyr. Sed *quid mulieris* uxorem habes? *Che donna è questa che tu hai per moglie?*

14 Ejusdem generis sunt illa: *quid animi* pro *quis animus*: *quid rei*, pro *quæ res*: & alia ejusmodi. Plaut. Merc. 2. 3. *Quid* sit ei *animi*. Ter. Eun. 4. 7. *Quid* cum illa tibi *rei* est? *Che cosa hai tu da far con lei?* Cæs. 1. B. G. 21. *Quid* sui *consilii* sit, ostendit. *Che disegno sia il suo*. Ter. Andr. *Quid* istuc *gaudii* est? *Che allegrezza è cotesta?*

Quid pro *Cur*, *quid ita* pro *Cur ita*.

15 *Quid* sæpe ponitur pro *Cur*. Ter. Heaut. 3. 2. *Quid* ego factum nesciam? *Perche vuoi, che io non sappia quanto è seguito?* Virgil. 2. Georg. *quid* tantum Oceano properent se tingere Soles? Cic. pro Rosc. Am c. 12. Accusatis Sex. Roscium. *Quid ita?* quia de manibus vestris effugit. *Perche causa?* Id. 1. de Nat. Deor. 35. Quam molestum est uno digito plus habere? *quid ita?* quia, &c. *Perche questo?*

Quid est, *quod?* vel *Cur*, vel *Quamobrem*.

16 Jungitur interdum cum *Quod*, vel *Cur* vel *Quamobrem*. Teren. And. 3. 2. *Quid est*, *quod* trepidas? *Che vuol dir, che tu hai paura?* Id. Eun. 3. 5. *Quid est*, *quod* lætus sis? Cic. 4. Ver. 20. *Quid est*, *quod* tu alios accuses? *Che cagione hai tu d' accusar altri?* Id.

1. Fin. 10. *Quid est*, *cur* verear, ne ad eam, non possit accommodare Torquatos nostro? *Perche debbo io temere di non potere?* Id. pro Cluen. c. 47. *Quid est*, *quamobrem* quisquam nostrum Censorias subscriptiones omnes fixas, & in perpetuum ratas putet esse oportere? *Che ragion ci è, che alcun di noi?*

Quid, *Quid si?* interrogantis, aut instantis.

17 Sæpe est interrogantis, vel Instantis. Cic. pro Cæc. Testes *quid* ajunt? *Ben, che dicone i testimonii?* Plaut. Capt. *Quid* pater? vivit ne? Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 2. *Quid si* inficiatur? *Quid si* omnino non deberi? *Quid?* ego Fundanio non cupio? *Che diresti, se lo niega? ec.* Id. 1. Par. c. 3. *Quid* duo propugnacula belli Punici Cn. & P. Scipiones, &c. *Quid* Africanus minor? *Quid* major? *Quid* inter horum ætates interjectus, Cato? *Quid* innumerabiles alii? nam domesticis exemplis abundamus; an cogitasse unquam putamus, &c.

Quid quod.

18 Interdum adsciscit *Quod* vehementius instandi gratia. Cic. pro Leg. Man. c. 5. *Quid quod* salus sociorum summum in periculum, ac discrimen adducitur? *Che diremo, che la salute ec.* Id. 4. Acad. *Quid quod*, si ista vera sunt, ratio omnis tollitur? *Ma che direte, che, &c.*

Quid quod sæpius iteratum.

19 Nonnumquam *Quid quod* sæpius iteratur. Cic. 1. de Nat. Deor. c. 38. *Quid quod* ejusdem hominis imagines in meum animum incurrunt aliæ, aliæ in tuum?

Quid

Quid quod earum rerum, quæ numquam omnino fuerunt, neque esse potuerunt, ut Scyllæ, ut Chimæræ? *Quid quod* hominum, locorum, urbium earum, quas numquam vidimus? *Quid quod* simul, ac mihi collibitum est, præsto est imago? *Quid quod* etiam ad dormientem veniunt non vocatæ? *Che diremo, &c.*

Quidni?

20 *Quidni* usurpatur pro *cur non?* Cic. 2. off. c. 22. Laudat Africanum Panetius quod fuerit abstinens. *Quidni* laudet. Id. pro Quint. c. 21. Erat, inquit, illarum partium. *Quidni?*

Quid enim.

21 Aliquando adsciscit *Enim*. Cic. 2. Fin. 28. *Quid enim?* summus dolor plures dies manere non potest. *E perche?*

Quid loquar? Quid dicam? in Reticentia pro *Sileo*, *Taceo*.

22 *Quid loquar? quid dicam?* usum habent in Reticentia. Cic. 3. Ver. 21. *Quid* ego de M. Marcello *loquar?* qui, &c. *Quid* de L. Scipione? qui, &c. *Quid* de Flaminio? qui, &c. *Quid* de L. Paulo? qui, &c. *Quid* de L. Mummio? qui &c. Vereor, ne hæc forte nimis antiqua, & jam obsoleta videantur. *Che dirò io? ec.* Id. 2. de Nat. Deor. c. 51. *Quid dicam*, quantus sit amor bestiarum in educandis, &c.

Quid quæris? Quid multa? Quid plura?

23 Cum rem in pauca conferimus eleganter dicimus, *Quid quæris? Quid multa? Quid plura?* Cic. At. l. 7. ep. 8 *Quid quæris?* & si mihi crebro ξυνὸς ἐνυάλιος occurre-

rebat; tamen levabar cura, &c. *Che vuoi altro?* Id. l. 1. ep. 9. *Quid multa?* questus est graviter. *Che più parole?* Id. 2. Div. 22. Sed *quid plura?* Ortum videamus Aruspicine. Huc pertinent illa: *Quid verbis opus est? Quid multis opus?* Et alia ejusmodi. *Che accade più parole? Che più si può dire? &c.*

Quod pro *quantum*.

24 *Quod* nonnumquam significat *quantum*: Cic. At. l. 1. ep. 3. Nunc vero censeo (*quod* commodo tuo facere poteris) venias ad tempus. Id. At. l. 14. Ipse (*quod* commodo tuo fiat) cum eo colloquere. *Con tua comodità*. Id. l. 14. ep. 5. Tu velim (*quod* comodo valetudinis tuæ fiat) quam longissime poteris, nobis obviam properes. Id. l. 13. ep. 24. *Quod* absque molestia tua fiat. *Però senza tuo scomodo*. Id. At. l. 1. ep. 3. Quæ tibi mandavi, velim (ut scribis) cures, *quod* sine molestia tua facere poteris. *Per quanto si potrà senza tua scomodità*. Id. 4. Ver. 5. Ut se tota res habeat, *quod* ad eam civitatem attinet, demonstrabitur. *Per quanto tocca a quella Città*.

Admonitio.

25 Non dicitur Latine *Quoad hoc*, *Quoad illud*; sed *Quoad hoc spettat*, *Quod ad illud attinet*. Dixit tamen Livius l. 42. c. 6. *Quoad diem*, & Varro de L. L. l. 7. c. 23. *Quoad* sexum. Sed fortasse loca illa non carent mendo.

Quod pro *quantum ad id, quod*.

26 *Quod* in principiis pro *Quantum ad id, quod*, frequentissimum est. Cic. At. l. 1. ep. 3. *Quod* ad me scribis de Hermathena,

na, mihi gratissimum est. *In quanto a quel tu mi scrivi, ec.* Id. At. l. 1. ep. 2. *Quod* ad me sæpe scripsisti de nostro amico placando, feci, & expertus sum omnia. *Quanto a quel, che ec.*

Quod pro *quamobrem*.

27 *Quod* non raro tanquam adverbium usurpatur pro *Propter quod*, vel *Quamobrem*. Cic. pro C. Rabir. c. 3. *Quod* utinam, Quirites, ego id sustulissem. *Che volesse Iddio, ec.* Id. Fam. 14. ep. 4. *Quod* utinam minus vitæ cupidi fuissemus; certe nihil, aut non multum in vita mali vidissemus. *Che così noi non fossimo stati ec.* Hor. l. 1, ep. 17. *Quod* te per genium, dextramque, Deosque penates obsecro. Virg. 6. Æn. *Quod* te per cæli jucundum lumen, & auras, Per genitorem oro.

Quod ajunt.

28 *Quod ajunt*, proverbiis apponi solet. Cic. Fam. 7. ep. 26. Urge igitur, nec transversum unguem, *quod ajunt*, a stilo, &c. Id. de Sen. c. 7. Nec sepulcra legens vereor, *quod ajunt*, ne perdam memoriam.

Quod superest.

29 *Quod superest*, usurpatur fere pro *ceterum*, a Cicerone præsertim. Cic. Att. 5. ep. 11. *Quod superest*, si verum illud est, &c. Id. Att. 9. ep. ult. *Quod superest*, scribe, quam accuratissime quid censeas.

Quod conjunctio, *Che*.

30 Cum antecedit *Hoc*, *illud*, *id*, aut aliquid ejusmodi, conjunctio *Quod* eleganter subiicitur. Cic. in Brut. c. 80. *Hoc ipsum* posui pro argumento, *quod* ille solute egisset.

set. Id. pro Quin. c. 1. *Illud* quoque nobis accedit incommodum, *quod* M. Junius hoc tempore abest. Id. Att. 8. epist. 3. Omitto *illa* vetera, *quod* istum in Remp. ille aluit, auxit, armavit. Id. in Brut. Si *id* dolemus, *quod* eo jam frui nobis non licet; nostrum est id malum. Id. At. 3. ep. 24. Accedit *aliud* incommodum, *quod* illa opinio &c. Id. At. l. 4. ep. 6. Nosque malo solatio, sed *nonnullo* tamen consolamur, *quod* ipsius vicem minime dolemus. *Che non, ec.*

31 Verba etiam multa sunt, quæ conjunctionem *Quod* libenter adsciscunt. Cic. 2. Div. c. 24. Cato *mirari* se dicebat, *quod* non rideret Aruspex, Aruspicem non vidisset. *Che non ridesse*. Id. 3. de Leg. Sane *gaudeo*, *quod* te interpellavi. *D' averti interrotto*. Quibus locis, *Quod* causæ vim videtur obtinere. Id. 3. Fin. 4. *Bene facis*. inquit, *quod* me adjuvas. *Tu fai bene a darmi ajuto*. Id. At. l. 2. ep. 4. *Fecisti* mihi *pergratum*, *quod* Serapionis librum ad me misisti. *Tu m' hai fatto gran piacere a mandarmi*. Id. At. l. 1. ep. 10. *Accedit* eo, *quod* mihi non est visum, ut quisque, &c. *S'aggionge a questo, che non mi parve, ec.* Id. 6. Ver. 17. Non tibi *obiicio*, *quod* hominem omni argento spoliasti. Id. 2. de Nat. Deor. c. 7. *Apparet quod* aliud a terra sumpsimus, aliud ab humore. Quanquam verbum *Apparet* sæpius infinito modo gaudet. In exemplis autem propositis intelligi videtur, *hoc*, *illud*, vel aliquid ejusmodi.

Nihil est quod. *Quid est quod*.

32 Fre-

32 Frequentissime *Quod* jungitur cum *Nihil est*. Cic. in Pis. 28. *Nihil est, quod* me invites. *Non accade, che tu m' inviti*. Teren. And. 2. 2. *Quid est quod* trepidas? *Che vuol dir, che ec.* Cicer. l. 14 ep. 12. In viam *quod* te des hoc tempore, *nihil est*.

Est quod.

33 Eodem modo dicitur *est quod*, quasi sit *aliquid est quod*. Cic. Fam. 7. ep. 10. *Est quod* gaudeas, te, &c.

Quod pro *Quia*.

34 *Quod* pro *Quia* notius est, quam ut exemplis illustrandum esse videatur. Gaudet autem etiam indicandi Modo. Cic. 5. Tusc. c. 37. Qui enim beatior Epicurus, *quod* in patria vivebat, quam Metrodorus, *quod* Athenis?

Quod, *eo*.

35 Interdum adsciscit *Eo* pro *Idcirco*. Cicer. 2. Ver. 8. An *quod* probare populo Romano fidem vestram, & religionem non potueritis, *eo* vobis judicandi potestas adempta sit?

Quod si, *certe*, vel *profecto*.

36 *Quod si* sæpe assumit *Certe*, aut *Profecto*. Cicer. Fam. l. 1. ep. 12. *Quod si* unquam sum visus in remp. fortis, me *certe* in illa causa admiratus esses. Id. At. l. 2. ep. 16. *Quod si* in eam me partem incitarem; *profecto* jam reperirem resistendi viam. *Che se*.

Quod si, *tamen*, *tamen certe*.

37 Alias adsciscit *Tamen*, aut *Tamen certe*. Cic. pro Arch. c. 7. *Quod si* ipsi hæc neque attingere, neque sensu nostro gustare pos-

possemus, *tamen* ea mirari deberemus. Id. l. 3. ep. 10. *Quod si* essem ea perfidia, qua sunt ii, qui in nos hæc conferunt; *tamen* ea stultitia *certe* non fuissem. *Almeno per certo.*

Quicum, & *Quocum*.

38 Etsi *quicum* usitatius est, tamen *quocum* inusitatum non est, utrumque autem usurpatur pro *Cum quo*, quod non valde usitatum est. Cic. 1. Off. 12. Eum, *quicum* bellum geras, tam molli nomine appellare. Id. l. 4. ep. 1. Nemo est omnium, *quicum* potius mihi, quam tecum, communicandum putem. Id. At. l. 4. ep. 9. Malo tecum apud te ambulare, quam cum eo *quocum* video esse ambulandum.

Qui, *quæ*, *quod* suis præpositionibus præpositum.

39 Pronomen *qui* etiam aliis præpositionibus præponi solet. Cic. pro Mur. c. 4. Ille, *quem contra* veneras. Id. pro Cœl. c. 22. Illius periculum, *quem propter* hæc ipsa studia diligebat.

Qui pro *Quomodo*.

40 *Qui* pro *quomodo* usitatum est plerumque in interrogatione. Cicer. 2. Fin. 4. *Qui* fit, ut ego nesciam; sciant omnes, quicumque Epicurei esse voluerunt? *Come può esser, ch' io?* Id. 1. de Nat. Deor. *Qui* possumus Deum non nisi sempiternum intelligere? Id. 7. Phil. 2. *Qui* enim convenit, ut qui in rep. improbis populares fuerint, iidem, &c. *Come stanno insieme queste cose?* Id. 2. Fin. 10. *Qui* igitur convenit ab alia voluptate dicere naturam proficisci, in alia, &c. *Come può stare il dire, ec.* Cic.

ec. Cic. pro Mil. c. 17. Quero, *qui* Milo ſcire potuerit.

Quicunque pro *quiſquis*.

41 *Quicunque* idem eſt, quod *quiſquis*. ſed ejus uſus latius patet. Cic. ad Qu. Fr. l. 1. ep. 1. *Quoſcunque* de te queri audivi *quacunque* ratione potui, placavi. *Chiunque*. Id. 1. Or. 12. *Quicquid* erit, *quacunque* de re, *quocunque* de genere.

Quicunque pro *qualiſcunque*.

42 *Quicunque* ſæpe imminuit, & uſurpatur pro *qualiſcunque* Cicer. in Or. 3. Orator ſi modo ſum, aut etiam quicunq; ſum. Id. ibid. c. 30. Nos primi, *quicunque* eramus & quantulumcunque dicebamus, &c. Id. poſt red. in Sen. 6. Is eſt Epicureus non penitus illi diſciplinæ, *quæcunque* eſt, deditus. *Qualunque ella si sia*. Id. pro Mil. c. 35. *Quemcunque* caſum fortuna dederit. *Qualunque*.

Quicunque pro *quantuſcunque*.

43 Alias auget, ut ſit *quantuſcunque* Cic. pro Cæl. c. 2. *Quæcunque* in equite Romano dignitas eſſe poteſt, ea in M. Cœlio ſemper habita eſt ſumma. Id. At. l. 8. ep. 17. *Quodcunque* militum contrahere poteritis, contrahatis.

Quicquid, cum *Id*, *Idem*, *Id totum*, *Id omne*.

44 *Quicquid* adſciſcit *Id*, *Idem*, *Id totum*, *Id omne*, Cic. de Am. 8. In amicitia *quicquid* eſt, *id* & verum, & voluntarium eſt. Plau. Menæch. a 3. ſc. 2. Mulier *quicquid* dixerat, *idem* ego dicebam. Cic. l. 10. ep. 5. His difficillimis Reip. temporibus *quicquid*

quid subveneris, *id* erit *totum*, & proprium tuum. Ter. Phorm. 3. sc. 1. *Quicquid* præter spem eveniet, *omne id* deputabo esse in lucro.

Quicquid cum genetivo.

45 Cic. 4 Ver. c. 54. *Accusatorum* ac quadruplatorum *quicquid* erat. Liv. l. 3. c. 17. *Quicquid Patrum*, plebisque est.

CAPUT CLVIII.

De Adverbiis QUIA, & QUONIAM.

1 QUia causam reddit plerumque, & respicit *Quare*, ut Græce ὅτι, διότι. Cic. de Am. 4. Ut bene vixisse videar, *quia* cum Scipione vixerim. *Per esser vivuto*.

Quoniam plerumque rei statum, aut conditionem declarat, & est idem, quod, *Si quidem*, vel *Quando* seu *quandoquidem*. Græce ἐπειδὴ. Cic. 1. de Leg. 6. *Quoniam* in populari ratione omnis nostra versatur oratio, populariter interdum loqui necesse erit. *Poiche ogni nostro ragionare*. Id. pro Planc. c. 33. *Quoniam* tu ita vis; nimium me gratum esse concedam. *Poichè così ti piace*. Id. At. l. 2. ep. 1. *Quoniam* quidem ea, quæ scribimus, te etiam delectant.

Quia cum *Eo*, *idcirco*, *ideo*, *propterea*.

2 Interdum *Quia* præponitur, & cum *Eo*, *Ideo*, *Propterea* jungitur. Cic. At. l. 10. ep. 15. *Quia* scripseras te proficisci cogitare, *eo* te hærere censebam. Id. l. 12. ep. 22. Quæ omnia *quia* Cato extulerat in cœ-

cœlum, *idcirco* in ejus sententiam est facta discessio. Id. l. 13. ep. 7. Sed *quia* confido mihique persuadeo, &c. *ideo* a te non dubitavi contendere, ut, &c. Id. l. 12. ep. 11. *Quia* semper animadverti studiose. &c. *propterea* non dubito, quin, &c. *Perche sempre, ec. però non dubito, ec.*

Admonitio.

3 *Quoniam* pro *quia*, nimirum cum caussa redditur, rarum est. Cic. 3. Tusc. 7. Qui fortis est, idem est fidens, *quoniam* confidens mala consuetudine in vitio ponitur. Servius Ciceroni l. 4 ep. 5. Tamen ei moriendum fuit, *quoniam* homo nata erat. Quamquam his locis, & aliis ejusmodi *quoniam* pro *Si quidem* positum videri potest.

CAPUT CLIX.

De Pronomine QUIDAM.

1 Quidam certum hominem, aut rem declarat. Ter. Eun. 3. 2. Nec tibi obstat, quod *quidam* facit. *Un certo*. Cic. pro Clu. c. 64. *Quidam* ex amicis Sassiæ. Id. 2. de Or. 3. Tu pudore a dicendo, ac *timiditate* ingenua *quadam* refugisti. *Una certa*.

Certus quidam.

2 Interdum magis significandi gratia, *Certus* adiungitur. Cic. 1. de Or. 60. Quod ille adstrictus *certa quadam* numerorum *moderatione*, ac pedum. Id. 3. de Or. 12. Cum sit *quedam certa vox* Romani generis, atque Urbis propria. *Una particolar voce.*

Qui-

Quidam, per emphasim.

3 *Quidam* sæpe vim, atque emphasim addit, significatque rem tantam esse, ut verbis exprimi non possit. Cic. l. 1. ep. 9. Quoniam tibi incredibilem *quendam amorem*, & omnia in te ipsum summa, & singularia studia deberem. Id. 2. de Or. c. 74. Incredibili *quadam magnitudine* consilii Atheniensis Themistocles. Id. ibid. Crassi quidem responsum excellentis *cujusdam* est *ingenii*, ac singularis. Id. de Prov. Cons. 18. Quod magni *cujusdam hominis*, & persapientis videtur. Id. 1. Acad. 9. Ut in his *quiddam* divinum esse diceret. Id. l. 1. ep. 9. Commemoranda *quædam*, & divina Cæsaris *liberalitas*. *Una certa*.

Major quidam.

4 Cic. At. 7. ep. 16. Sed audio *majorem quendam* in urbe timorem esse. *Una gran paura*. Id. 2. Agr. 14. Verbum mihi deest, cum ego hanc regiam potestatem appello; sed profecto *major* est *quædam*. Id. 1. de Or. 4. Sed nimirum *majus* est hoc *quiddam*, quam vulgo opinantur. *Non so che più di quel, che, ec.*

Cujusdam modi.

5 Cicer. 5. Fin. 12. Jam vero animus non esse solum, sed etiam *cujusdam modi* esse debet. *D'una certa sorta*. *D'un modo sì fatto*.

CA-

CAPUT CLX.

De Adverbio QUIDEM.

Quidem, cum nominibus propriis absolute.

1 Quidem, nominibus propriis eleganter jungitur in principiis. Cic. de Sen. 9. *Cyrus quidem* apud Xenophontem in eo sermone, &c. Id. 3. de Or. 59. *Theophrastus quidem* Tauriscum quendam dixit.

Quidem, cum pronominibus absolute.

2 Sæpius pronominibus, sed in fine magis, aut in medio, quam in principio. Cicer. pro Planc. c. 22. Fortius *tu quidem* quam nonnulli, &c. Id. 1. Phil. 5. Nimis iracunde *hoc quidem*, & valde intemperanter. Id. 2. Phil. 9. Quamquam de morte P. Clodii fuit quæstio non satis prudenter *illa quidem* constituta. Id. At. l. 2. ep. 24. Tantum doleo, & mirifice *quidem*.

Quidem cum *Sed*, *At*, *Sed tamen*, *Veruntamen*.

3 Plerumque assumit *Sed*, aut aliquid ejusmodi. Gicer. l. 3. ep. 7. Superiorem *quidem* nunquam, *sed* parem me vobis speravi esse factum. Id. l. 9. ep. 18. Cœteri *quidem* fœde perierunt, *at* Cato præclare. Id. l. 6. ep. 2. Misera est illa *quidem* consolatio, &c. *sed tamen* necessaria. *Ella è ben una meschina consolazione; ma necessaria però.* Id. At. l. 6. ep. 2. Sed est magnum illud *quidem*, *verumtamen* multiplex pueri ingenium. *Egli è ben grande, ma pure.*

Quidem pro *Saltem*.

4 *Quidem* ſubiicitur in oratione pro *ſaltem*. Cic. Fam.14. ep. 4. Huic utinam aliquando gratiam referre poſſimus; habebimus *quidem* ſemper. Id. Att. 9. ep. 2. Non video cauſam, cur ita ſit, hoc *quidem* tempore. *Almeno in queſto tempo*.

Quidem certe pro *Saltem*.

5 *Quidem certe* pro *Saltem* ſubiicitur. Adhibetur autem, cum res dubia antecedit. Cic. Att. l. 1. ep. 1. Spero, me tibi cauſam probaſſe; cupio *quidem certe*. *Almeno io lo desidero*. Id. pro Quin. c. 1. Ut ſumma haberem cætera, temporis *quidem certe* vix ſatis habui. *Come ch' io aveſſi l'altre coſe in ſommo, del tempo (vi ſo dire) appena n' ebbi abbaſtanza*. Id. de Prov. conſ. 17. Quam ſapienter non diſputo, conſtanter *quidem*, & fortiter *certe*.

6 Dicitur & *certe quidem*, quod vide in *Certe* cap. 33.

Quidem profecto.

7 *Quidem profecto* vehementius affirmat. Cicer. Att. l. 6. ep. 5. Nunc *quidem profecto* Romæ eſt.

CAPUT CLXI.

De Pronomine QUISPIAM, & QUISQUAM.

Quiſpiam incertum aliquem ſignificat. Cic. pro Clu. Quæret fortaſſe *quiſpiam*. *Domanderà alcuno*. Id. pro Qu. 15. Pecuniam ſi *cuipiam* fortuna ademit. Id. 3. Tuſ. 9. Aliquod *quodpiam* membrum.

Us

Un qualche membro. Id. 3. de Nat. Deor. 35. Nec ſi uredo, aut grando *quidpiam* nocuit. *Ha fatto qualche danno*.

2 *Quiſquam* occultam quandam augendi vim habet, idemque pene eſt, quod *Ullus*, ac ſæpe in comparatione adhibetur.

Quiſquam in comparatione.

3 Cic. l. 12. ep. 7. Niſi vos fortiores cognoſſem, quam *quemquam* virum. *Di qualunque uomo*. Id. Att. 8. ep. 1. Neuter *quemquam* omnium pluris facit, quam me. *Non iſtima perſona del mondo più di me*. Id. 6. Ver. 55. Tetrior hic Tyrannus Syracuſis fuit, quam *quiſquam* ſuperiorum. *Che qualunque altro de' paſſati*.

Quiſquam, cum interrogatione.

4 Jungitur interdum cum interrogatione. Cic. 10. Ph. 7. Ab hoc igitur *quiſquam* bellum timet? *Evvi alcun mai, che tema?* Id. pro Dom. 42. Hanc Deam *quiſquam* violare audeat! Id. pro Leg. Man. 17. Et *quiſquam* dubitabit, quid virtute perfecturus ſit, qui, &c. *E vi ſarà chi dubiti?*

Quiſquam unus.

5 *Quiſquam unus* familiaris eſt Livio l. 3. c. 55. Nondum in *quenquam unum* ſæviebatur. Ib. cap. 45. Adverſus injuriam decreti multi magis fremebant, quam *quiſquam unus* recuſare auderet.

Quiſquam cum *ſi*.

6 Alias cum *Si*. Teren. Eun. Prol. *Si quiſquam* eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis. *Se ci è alcuno*. Cic. At. l. 14. ep. 1. *Si quiſquam* eſt facilis, hic eſt. *Se vi è uomo trattabile, queſti è uno*.

CA-

CAPUT CLXII.

De Adverbio QUO, QUOMINUS, QUOAD.

Quo eo, quo hoc, pro quanto, tanto.

1 QUo eo, *quo hoc*, pro *quanto*, *tanto* eleganter ponuntur. Cic. ad Qu. Fr. l. 3. ep. 1. Sed *quo* erant suaviores, *eo* majorem dolorem ille casus afferebat. Id. 1. Off. 19. *Quo* difficilius, *hoc* præclarius. *Quanto più difficile, tanto più eccellente cosa.*

Quo absolute cum comparativis.

2 Cicer. pro Marc. c. 6. *ut gratior* tua liberalitas. C. Cæsar, nobis, qui illa videamus, debet esse. *Perloche tanto più grata.* Id. pro Leg. Man. 19. *Quo* etiam mihi *indignius* videtur obtrectatum esse adhuc Gabinio dicam, an Pompejo, an utrique? *Onde tanto più &c.*

Quo pro *Ut* cum *Idcirco*.

3 *Quo*, pro *Ut* interdum assumit *Idcirco*. Cic. Att. l. 1. ep. 16. *Quo* facilius probaret illa Romani hominis esse, *idcirco*, &c. *Per provare più agevolmente, ec. però, ec.*

4 *Quo* pro *quod* vide infra n. 8. & Cap. CXII. n. 8. 9.

Quo loci.

5 *Quo loci* pro *ubi* Ciceronis est, non tamen frequentissime usurpatur. De Div. cap. 66. Draco visus est ei radiculam ore ferre, & simul dicere, *quo illa loci* nasceretur. Id. ad Att. 8. ep. 10. Respondit Dionysius, se nescire, *quo loci* esset.

Quo-

Quominus pro *Ne*.

6 *Quominus* dicitur pro *Ut minus*, idest *Ne*; sed fere certis cum verbis jungitur. Cic. 1. Fin. 10. Nihil impedit, *quominus* id, quod maxime placeat, facere possimus. *Niuna cosa ci tiene, che non possiamo fare*. Id. 1. de Or. 60. Non repugnabo, *quominus* omnia legat. Id. 1. Tusc. 38. Mors non deterret, *quominus*, &c. Idem At. 2. ep. 4. Nihil desideramus, *quominus* Epirum ipsam possidere videamur. Id. pro Dom. 31. Nihil de me tulistis, *quo minus* essem in civium numero. Id. 1. de Or. 10. Nuliis ut terminis circumscribat jus suum, *quominus* liceat vagari, qua velit. Id. in Pis. 15. Nemini civi ulla, *quominus* adesses, justa excusatio est visa. *Giusta scusa di non trovarti tu presente*. Id. 3. Cat. 6. Quæ religio C. Mario non fuerat, *quominus* C. Glauciam Prætorem occideret. *Quello scrupolo, che non avea avuto Mario di ammazzare Glaucia*.

Quo minus pro *quanto minus*.

7 Sæpe *Quo minus* usurpatur pro *quanto minus*. Cic. pro Quin. c. 1. Nam *quo minus* ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparavi. Id. l. 4. ep. 13. *Quo minus* familiaris sum, hoc sum ad investigandum curiosior.

Non quo pro *Non quod* cum *Sed*.

8 *Non quo* pro *Non quod* interdum adscit *Sed*, *Sed quia*, *Sed quod*. Cit. At. l. 16. epist. 15. *Non quo* ea sit mihi quicquam carius, *sed* desperatis etiam Hippocrates vetat adhiberi medicinam. *Non che io abbia*

cosa

cosa più cara. Id. l. 12. ep. 17. *Non quo* de tua constantia dubitem, *sed quia* mos est ita rogandi, rogo. Id. l. 6. ep. 4. *Non quo* ego certo scirem; *sed quod* non difficilis erat conjectura. *Non che io lo sapessi certo*.

Non quo, *sed tamen*. *Non quo*, *sed ut*.

9 Interdum assumit *Sed tamen*, vel *Sed ut*. Cic. in Brut. c. 21. *Non quo* illa Lælii quicquam sit dulcius, *sed* multo *tamen* vetustior, atque horridior ille quam Scipio. Id. l. 7. ep. 15. *Non quo* haberem magnopere quid scriberem: *sed ut* loquerer tecum absens. *Non perchè io avessi che scrivere più che tanto*. Sed alii leg. *quod*. De hac particula vide alia quædam cap. CXII. n. 8. 9.

Quoad.

10 *Quoad* refertur ad *Quousque*, & terminum plerumque temporis, loci, alteriusve rei declarat. Cicer. Att. 15. ep. 23. Quousque inquies? *quoad* erit integrum. *Sino quando? Sino a tanto che*. Id. 3. Cat. 7. *Quoad* fuit in urbe, ejus consiliis obstiti. *Sino a tanto che fu*. Id. de Sen. c. 4. *Quoad* potuit, restitit. *Sin che potè*. Id. pro Arch. c. 1. *Quoad* longissime potest mens mea respicere spatium præteriti temporis. *Per quanto può*. Id. 11. Phil. c. 3. Mihi Antonius pervenisse videtur, *quoad* progredi potuerit feri hominis amentia. *Mi pare che sia giunto, in sin dove può arrivare, ec.*

Admonitio.

11 *Quoad hoc*, *Quoad illud* Latine dici non videtur. Sed *Quod ad hoc spectat*, *Quod ad illud pertinet*, *attinet*, &c. Vide particulam *quod* cap. 157. 25.

Quo-

Quoad ejus.

12 Interdum adhibetur *Ejus* elegantiæ gratia. Cic. At. l. 11. ep. 12. Non prætermittes, *quoad ejus* facere poteris, scribere ad me. *Per quanto potrai*. Id. l. 3. ep. 2. Si eam, *quoad ejus* facere potueris, quam expeditissimam mihi tradideris.

CAPUT CLXIII.

De Adverbiis, QUOMODO, QUOQUOVERSUS, QUORSUM, QUOCIRCA, QUIN, QUIPPE.

1 *Quomodo* adverbium ex *Quo*, & *Modo* factum apparet. Cic. pro Rosc. Am. cap. 15. *Quomodo* crimen commentitium confirmaret, non inveniebat. *Come potesse verificare*. Id. 2. de Or. 38. Nullum est præceptum, *quomodo* verum inveniatur, sed tantum *quomodo* judicetur. *Del come*.

Quomodo, admirantis.

2 Interdum servit admirationi. Cicer. Att. l. 8. ep. ult. Qui nunc *quomodo* occurrunt! *quomodo* autem se venditant Cæsari! Id. At. l. 7. epist. 2. *Quomodo* expectabam epistolam, quam Philotimo dedisses!

Admonitio.

3 Usitatius multo est *Ut*. Lege *Ut* admirantis.

Quomodo pro *Ut*, vel *sicut*.

4 Nonnunquam *Quomodo* usurpatur pro *Ut*, vel *Sicut*. Cic. l. 14. ep. 1. De familia, *quomodo* amicis placuisse scribis,

faciemus. Id. pro Rosc. Am. c. 2. Postulatio brevis, &, *quomodo* mihi persuadeo, aliquanto æquior. *Per quanto io mi do ad intendere*. Id. de Arusp. resp. c. 5. Hominem, *quomodo* gloriari solet, ducentis confixum Senatus consultis.

Quomodo, *Ita*, vel *sic*.

5 Alias adsciscit *Ita*, vel *Sic*. Cic. 3. Fin. 20. *Quomodo* hominum inter homines juris esse vincula putant; *sic* homini nihil juris esse cum bestiis. Plaut. Cist. a. 1. sc. 1. Necesse est, *quo* tu me *modo* vis esse, *ita* esse, mater.

Quomodo nunc, pro *Ut nunc*.

6 *Quomodo nunc* est pro *ut nunc*. Cicer. Att. 13. ep. 2. Nam *quomodo nunc* est; pedem ubi ponat in suo, non habet. *A quel che passa al presente*. Id. 2. de Or. *Quomodo nunc* istorum se artes habent, pertimescenda est multitudo causarum.

Quomodocumque, & *quoquo modo*.

7 *Quomodocumque* est *quocunque modo*. Cic. 5. Fin. 11. Hoc cum in amicitiis dicitur, &c. *quomodocumque* dicitur, intelligi tamen, quicquid dicitur, potest. *Comunque si dica, &c.*

8 *Quoquo modo* idem significat. Cic. Fam. 1. epist. 5. Catoni, *quoquo modo* se res habeat, profecto resistimus.

Quoquoversus & *quoquoversum*.

9 *Quoquoversus* est *versus quemcunque locum*. Cæs. l. 1. B. C. c. 36. Ejus imperio classem *quoquoversus* dimittitur. *In ogni banda*. Id. 2. B. C. 8. Patebat hæc *quoquoversus* pedes XXX. *Per ogni verso*. *Per ogni ban-*

banda . Id. 1. B. C. 25. Rates duplices *quoquoverſum* pedum triginta e regione portus collocabat . Cic. 9. Phil. 7. Circumque eam ſtatuam locum gladiatoribus , ludiſque ; liberos poſteroſque ejus *quoquoverſus* pedes quinque habere . Sunt qui legant *quaqua verſus* : quam recte , alii viderint .

Quorſum, & *quorſus* pro *qua verſus* .

10 *Quorſum* , & *quorſus* facta ſunt ex *quo*, & *Verſus* . *Verſo qual banda* . Cic. Att. l. 3. ep. 24. *Quorſum* id cauſarum eſſet , verebar . *In che parte foſſe per riuſcire . Dove veniſſe a dare* , Id. pro Roſc. Com. 15. *Quorſum* recidat reſponſum tuum , non magnopere laboro . Id. 3. de Nat. Deor. 23. Veſtri hec confirmant interpretando , *quorſum* quidque pertineat . Id. 1. de Leg. *Quorſum* hæc pertinent ? *Dove vanno a parare queſte coſe ?*

Quorſum , & *quorſus* pro *ad quem finem* .

11 Sæpe *quorſum* & *quorſus* ſignificant *Ad quem finem* . Cic. de Am. c. 12. *Quorſum* hæc ? quia ſine ſociis nemo quicquam tale conatur . Id. 1. de Leg. 1. *Quorſum* tandem iſta , aut cur , quæris ? *A che propoſito queſto ?* Id. poſt Red. ad Quir. 2. *Quorſum* igitur hæc diſputo ? *Quorſum ?* ut intelligatis, &c. Id. 1. Tuſc. 25. *Quorſum* igitur hæc ſpectat oratio ? *Che voglio inferir per queſto ?* Id. in Brut. c. 85. *Quorſus* , inquam , iſtuc? non enim intelligo . *Che vuoi tu dir per queſto ?*

Admonitio .

12 *Quorſus* rarum eſt , & redolet antiquitatem , *Quorſum* longe uſitatius .

Quocirca.

13 Dictum videtur quasi *Circa quod.* Usurpatur autem pro *quamobrem*. Cic. 1. Div. 41. *Quocirca* bene apud majores nostros Senatus decrevit. Id. de Sen. 12. *Quocirca* nihil esse tam detestabile, tamque pestiferum, quam voluptatem.

Quin cum interrogatione pro *Cur non*.

14 *Quin* adverbium, dictum quasi *quid non*. Itaque pro *Cur non* usurpari solet. Terent. And. 2. 3. *Quin* taces? *Che non taci?* Cic. 2. de Or. 61. *Quin* prodis? *Perchè non esci tu fuori?* Id. 6. de Rep. 3. Quid moror in terris? *quin* huc ad vos venire propero? Id. ibid. *Quin* tu aspicis ante venientem Paulum patrem? *Che fai tu, che non guardi?* Id. l. 7. epist. 8. *Quin* tu urges occasionem istam? Id. At. 4. ep. 16. *Quin* tu huc advolas? *Che stai a fare, che non te ne vieni qua volando?* Id. pro Rab. Perd. 6. *Quin* continetis voces indicem stultitiæ vestræ? *Che non tenete a voi una voce, ec.*

Quin pro *Quod non*, vel *Quominus*.

15 Interdum *Quin* usurpatur pro *quod non*. Cic. Fam. 4. ep. 7. Non *quin* dissentiam, sed quod. *Non che io non sia di contrario parere*. Id. Att. 7. ep. ult. Non *quin* rectum esset, sed quia. *Non perche non fosse giusto*. Id. in Brut. Non idcirco Isocrates causas non defendit, *quin* id utile esse, & honestum existimaret. *Perchè ei non pensasse.* Idem pro Quin. c. 9. Causæ nihil esset, *quin* secus judicaret.

Quin cum *Dubito*, *Prætermitto*, *Possum*.

16 Sæpe jungitur *Quin* cum verbis *Dubito*,

bito, *Prætermitto*, *Possum*, & aliis ejusmodi. Cic. l. 7. ep. 1. Quo quidem apparatu non *dubito*, *quin* æquissimo animo carueris. Id. 2. Phil. 10. Equidem nihil *prætermisi*, quantum facere potui, *quin* Pompejum a Cæsaris conjunctione avocarem. Id. pro Quin. c. 18. Causæ nihil *dico*, *quin* ita sit. Id. Att. 12. ep. 26. Facere non *possum*, *quin* quotidie ad te mittam. Idem At. 11. ep. 15. Prorsus nihil *abest*, *quin* sim miserrimus. *Non manca niente per esser' io misero affatto.*

Admonitio:

17 *Non Dubito*, cum significat *audere*, jungi solet cum infinito potius, quam cum *Quin*. Cic. 1. de Or. c. 40. Mancinus in Senatum *introire* non *dubitavit*. Idem 4. Acad. 19. Te hominem amicissimum, & aliquot annos minorem natu non *dubito monere*.

18 At cum dubitationem significat, infinitum respuit apud Oratores. Itaque non dices, *Non dubito te facturum*, sed *Quin sis facturus*: ita *Quin ille sit venturus*, non *Illum esse venturum*, & cetera eodem modo; si quidem præcedat negatio. Alioquin adsciscit *An*, *Utrum*, *De*, *Quid*, *Hoc*, aut aliquid ejusmodi. Plaut. Capt. 2. 3. At etiam *dubitavi*, hos homines emerem, *an* non emerem, diu. Cic. 5. Ver. 89. Definite *dubitare*, *utrum* sit utilius, propter multos improbos, uni parcere, *an*, &c. Id. 7. Ver. 29. Potes *de* damnatione *dubitare*? Id. 4. Acad. Tum vero *dubitabit*, *quid* sit extremum. Id. 3. Off. 19. *Hoc* non tur-

pe eſt *dubitare* Philoſophos, *quod* ne ruſtici quidem *dubitent?*

Quin pro *qui non*, *quæ non*, *quod non.*

19 Sæpe *Quin* uſurpatur pro *qui non*, *quæ non*, *quod non*. Cic. 7. Ver. 54. Nemo Lilybæi fuit, *quin* viderit, nemo in Sicilia, *quin* audierit. *Il qual non abbia veduto.* Id. 6. Ver. 1. Nego ullam gemmam, aut margaritam fuiſſe, *quin* quæſierit, inſpexerit, abſtulerit: hoc eſt, *quam non*. Id. ad Qu. Fr. l. 3. epiſt. 3. De qua aqua, & via nihil prætermiſi quadam epiſtola, &c. *quin* enucleate ad te perſcriberem. Pro *quod non*. Idem Att. l. 1. ep. 1. Dies fere nullus eſt, *quin* hic Satyrus domum meam ventitet. ideſt *quo non*.

Quin ſine interrogatione pro *Immo*.

Quin etiam pro *Immo etiam*.

20 Interdum autem Adverbium *Quin* uſurpatur pro *Immo*, & ſæpe additur *etiam*. Cic. Fam. 7. ep. 31. *Quin* hinc ipſe evolare cupio. Id. pro Mil. c. 29. *Quin* ſic attendite, Judices, nempe hæc eſt quæſtio de interitu Clodii. Id. de Am. c. 16. *Quin etiam* neceſſe erit cupere, & optare, ut quam ſæpiſſime peccet amicus. *Anzi di più*. Id. l. 7. ep. 1. Delectatio nulla exitit, *quin etiam* miſericordia conſecuta eſt.

Quin immo.

21 Cic. Att. 1. ep. 10. *Quin immo* inter ſe diſſident.

CA-

CAPUT CLXIV.

De Adverbio QUIPPE.

Quippe pro *Certe*, aut *Videlicet*.

1 Quippe idem fere est, quod *Certe*, & eodem modo etiam subjicitur, aut rejicitur in extremum. Cic. pro Mur. c. 30. Dixisti *quippe*: jam fixum, & statutum est. *Per certo tu dicesti*. Id. pro Cęc. c. 19. Recte igitur diceres te restituisse? *quippe*. *Sì per certo*. Id. pro Mur. c. 35. Ergo ad cœnam petitionis causa si quis vocat, condemnetur? *quippe*, inquit. *Sì dice; dice di sì*.

Quippe per Ironiam.

2 Virg. 1. Æn. *Quippe* vetor fatis. Cic. pro Mil. c. 12. Movet *quippe* me lumen curię. *Sì certo, ti so dire, che mi muove*.

Quippe pro *Utpote*.

3 Interdum usurpatur pro *Utpote*. Cicer. 1. Fin. 6. Sol Democrito magnus videtur, *quippe* homini erudito. *Come a persona dotta*. Idem in Brut. c. 69. Non puto existimare te, ambitione me labi, *quippe* de mortuis.

4 Alias pro *Quia*, vel *Nam*. Cicer. 2. Phil. 29. Hærebat nebulo; quo se verteret, non habebat: *quippe* in his ipsis temporibus dicebatur, &c. Id. 2. de Or. c. 54. Leve nomen habet utraque res; *quippe* leve est totum hoc, risum movere. *Perchè in vero*. Idem pro Dom. c. 48. Jam fateor, inquit, in Gabinium me nefarium

 fuis-

fuiſſe; *quippe* vides, &c. *Poichè tu vedi*.

Quippe qui, quæ, quod, pro *Utpote qui, quæ, quod*.

5 Cic. pro Roſc. Am. c. 18. Convivia cum frate non inibat, *puippe qui* ne in oppidum quidem, niſi perraro, veniret. *Come quegli che*. Idem 3. de Inv. c. 45. *Quippe quæ* in lege ſcripta non ſit.

Quippe cum, pro *Utpote cum*.

6 Cic. 2. Off. 9. Harum igitur duarum, ad fidem faciendam juſtitia plus poteſt; *quippe cum* ea ſine prudentia ſatis habeat auctoritatis. *Come quella, che*.

Quippe quod, *quippe quia*.

7 Cicer. Fam. 1. ep. 9. Multa de mea ſententia quæſtus eſt Cæſar, *quippe quod* etiam Craſſum ante vidiſſet. Terent. Heaut. a. 3. ſc. 2. *Quippe quia* magnarum ſæpe id remedium ægritudinum eſt.

CAPUT CLXV.

De Pronominibus QUISQUIS, & QUISQUE.

1 Quiſquis eſt *Quicunque*. Cicer. in Brut. c. 73. *Quiſquis* eſt ille, ſi modo eſt aliquis. *Chiunque*. Plaut. Perſ. a. 4. ſc. 7. *Quiſquis* es adoleſcens; operam fac, &c.

2 *Quiſque*, idem quod *Unuſquiſque*. *Ciaſcuno*. Poſtponi autem ſolet pronomini, aut nomini. Cic. 1. de Or. 28. In *quoquiſque* artificio excellit, is in ſuo genere Roſcius dicitur. Id. de Opt. gen. Or. In cæteris *ſuus* eſt *cujuſque* certus ſonus. Id. poſt Red. ad Quir. c. 1. Nihil dulcius quam *ſui* *cui-*

cuique liberi. Id. pro Rab. Post. 12. *Tertio quoque* verbo excitabantur. *Ad ogni tre parole*. Id. 4. Ver. 56. *Quinto quoque* anno Sicilia censetur. *Ogni cinque anni.*

Admonitio.

3 Cum adest pronomen *Se*, *Suus*, *Qui*, *Tertius*, aut aliud hujusmodi, *quisque* præponi non solet, sed postponi sic: *Se quisque diligit*, *Sua quemque delectant*, *Quod cuique obtigit*, *Octavoquoque die*.

Non desunt tamen exempla non Poetarum modo, sed Oratorum, in quibus *quisque* præponitur. Cic. in Læl. c. 16. Quanti *quisque se* ipse facit, tanti fit ab amicis. Id. 3 de Orat. c. 18. Contra id, quod *quisque se* sentire dixisset, disputare. Virg. 6. Æn. *Quisque suos* patimur manes.

Quisque, cum duobus superlativis.

4 Sæpe *Quisque* cum duobus superlativis copulatur. Cic. de Sen. 23. *Sapientissimus quisque æquissimo* animo moritur. Id. 2. Fin. 25. *Optimum quidque rarissimum* est. *Quanto la cosa è migliore, tanto è più rara.* Id. ad Qu. Fr. l. 1. ep. 1. Ut *quisque* est vir *optimus*; ita *difficillime* alios esse improbos suspicatur. Id. 1. de Or. c. 26. Ut *quisque optime* dicit, ita *maxime* dicendi difficultatem timet. *Quanto più alcuno è miglior dicitore, tanto più teme, ec.*

Quisque, cum uno tantum superlativo.

5 Cic. Att. 4. ep. 2. Æstimatio vehementer ab *optimo quoque* reprehenditur. Id. in Læl. c. 5. Ita nati sumus, ut inter omnes esset societas quædam; major au-

tem, ut *quisque proxime* accederet.

Admonitio.

6 Cum antecedit *Ut quisque* cum suo superlativo, comparativum sine flagitio subjici non potest, sed alterum superlativum reddi oportet: quod si antecedit *quo quisque*, tum vero comparativus geminatur. Cic. pro Rosc. Com. 11. *Quo quisque* est *ingeniosior*, hoc docet *laboriosius*. Verum id rarum admodum est, contraque *Ut quisque* cum gemino superlativo usitatissimum.

Quotusquisque.

7 *Quotusquisque* respicit illum numerum *Decimus quisque*, *Centesimus quisque*, &c. Cic. 1. de Nat. Deor. c. 28. *Quotusquisque* enim formosus est? *D' ogni quanti uno? cioè appena d' ogni cento, ovvero anco d' ogni mille uno.* Id. pro Planc. c. 25. *Quotus* enim *quisque* disertus? *Quotus quisque* juris peritus? Id. pro Flac. c. 41. *Quotusquisque* enim est, qui hanc in Rep. sectam sequatur? Id. 2. Tusc. 4. *Quotus* enim *quisque* Philosophorum invenitur, qui sit ita moratus, ut ratio postulat? Id. 2. de Div. 24. *Quota* enim *quæque* res evenit prædicta ab istis?

Decimus quisque, &c.

8 *Decimus quisque* est *Unus e decem*; *Centesimus quisque* est *Unus e centum*. *D' ogni cento uno*. Liv. l. 2. c. 39. Cætera multitudo sorte *decimus quisque* ad supplicium lecti. *D' ogni dieci uno*.

Quisque cum nominibus pluralis numeri.

9 Animadvertenda est constructio hujus

vocis

vocis cum nominibus pluralis numeri. Cic. 1. Off. c. 41. *Pictores*, & *Poetæ* suum *quisque* opus a vulgo considerari vult. Liv. l. 9. c. 36. *Armati* suis *quisque* ordinibus instruunt aciem. Secundus hic efferendi modus videtur usitatior.

CAPUT CLXVI.

De Pronomine QUOT, QUOTQUOT, QUOTUS: & de Adverbio QUOTANNIS.

1 Quot refertur ad numerum, cui respondet *Tot*, vel *Totidem*. Cic. 3. de Or. c. 9. Ut *quot* Oratores, *totidem* reperiantur genera dicendi. *Quanti*, *tanti*, *ovvero altrettanti*. Id. in Or. c. 21. *Quot* officia Oratoris, *tot* sunt genera dicendi.

Quotquot.

2 *Quotquot* idem est, ac *quotcunque*. Cic. 2. de Inv. Si duæ leges, si plures, aut *quotquot* erunt. Catull. epigr. 43. *Quotquot* estis omnes.

Quotannis.

3 *Quotannis* idem est ac *singulis annis*. *Ciascun anno*. Cic. 4. Ver. c. 53. Siculi ex censu *quotannis* tributa conferunt. Id. in Orat. c. 44. Eam *quotannis* illo die recitari necesse est.

Quotus.

4 *Quotus* refertur ad numerum ordinandi *primus*, *secundus*, *tertius*. Hor. 1. ep. 5. Tu *quotus* esse velis, rescribe. *Di, in che luogo tu vuoi star in tavola*. Idest *tertius*, an *quartus conviva*. Id. 2. Serm. Sat. 6. Hora

quota est? Ovid. 1. de Pont. eleg. 10. Qui *quota* terroris pars solet esse mei? Idest, *vix millesima pars*. Cic. 5. Ver. 94. *Quotus* erit iste denarius, qui non sit deferendus? Idest *vix centesimus*. Plerumque autem *quotus* apud Ciceronem assumit *quisque*, ut sit *quotusquisque*.

CAPUT CLXVII.

De Adverbiis QUOTIES, & QUOTIESCUNQUE.

Quoties, & *Quotiescunque*.

1 QUoties est, quod barbari dicunt *quot vicibus*, & refertur ad *Toties*. Cicer. de Or. c. 27. *Quoties* dicitur, *toties* de nobis judicatur. Id. At. 1. ep. 11. *Quoties* patriam videret, *toties* se beneficium meum videre dicebat.

2 Interdum assumit *Cumque*. Cic. pro Cluen. c. 18. *Quotiescumque* dico, *toties* mihi videor in judicium venire non ingenii modo, sed etiam virtutis. Id. 2. de Or. c. 61. Quin prodis, mi Spuri, ut *quotiescumque* gradum facias, *toties* tibi tuarum virtutum veniat in mentem?

Quoties, & *Quotiescumque* absolute.

3 Interdum absolute ponitur. Cicer. 1. Cat. 6. *Quoties* jam, *quoties* tibi extorta est sica ista de manibus? *Quante volte oramai?* Cæs. 5. B. G. *Quoties* quæque cohors procurrebat, ab ea parte magnus hostium numerus cadebat. Cic. pro Sext. c. 69. Is *quotiescumque* me viderit, ingemiscet. Ubi *Toties* intelligitur.

CA-

CAPUT CLXVIII.

De Adverbio QUOTIDIE.

1 QUotidie est *singulis diebus*. Cic. 1. Fin. 5 *Quotidie* inter nos ea, quæ audiebamus, conferebamus. *ogni giorno*.

Quotidie magis; *Quotidie plus*.

2 *Quotidie magis*, *quotidie plus*, idem est quod *In dies magis*. Cic. Fam. 6. ep. 6. Me *quotidie* Cæsar *magis*, amplectitur. Id. 1. Phil. 2. *Quotidie magis*, *magisque* perditi homines tectis, ac templis urbis minabantur. Id. 4. Fin. 23. Alter valet *quotidie plus*, alter videt. Id. ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. Quod scribis te a Cæsare *quotidie plus* diligi, immortaliter gaudeo. *Ogni dì più*.

Quotidie cum aliis comparativis.

3 Jungitur etiam cum aliis comparativis. Cic. At. 5. ep. 7. *Quotidie*, vel potius in singulas dies, *breviores* ad te litteras mitto. *Ogni dì*, *o piuttosto di giorno in giorno più brevi*. Id. l. 6. ep. 14. Sed hoc intelligimus, eum *quotidie remissius*, & *placatius* ferre.

CAPUT CLXIX.

De Adverbio QUOUSQUE.

1 QUousque non solum ad locum, sed sæpius ad tempus refertur. Cic. 1. Cat. 1. *Quousque* tandem abutere Catilina patientia nostra? *Sino a quando mai?* Id. At. 15. ep. 23. *Quousque* ludis? *Sino a quando?* CA-

CAPUT CLXX.
De RELIQUUM EST, & RESTAT.

Reliquum est, ut, Reliquum est ne.

1 RELiquum est idem est, quod *Restat*; sed *Restat*, cum *Ut* jungitur; *Reliquum est*, etiam cum *Ne*. Cic. 2. Acad. *Restat, ut* iis respondeam, qui, &c. Id. ad Qu. Fr. l. 1. ep. 1. *Reliquum est, ut* te orem, ut, &c. Id. l. 9. ep. 16. *Reliquum est, ne* quid stulte, *ne* quid stulte, *ne* quid temere dicam contra potentes.

Reliquum est, absolute.

2 Interdum etiam absolute ponitur. Cic. l. 14. ep 14. *Reliquum est*, quod ipsæ optime considerabitis, vestri similes fœminæ sint ne Romæ.

3 Nonnunquam *Relinquitur*, pro *Reliquum est* usurpatur. Cic. pro Flac. c. 34. *Relinquitur* illud, quod vociferari non destitit, non debuisse, &c.

Quod reliquum est: De reliquo.

4 *Quod reliquum est*, idem est, quod *De reliquo*. Cic. l. 10. ep. 11. *Quod reliquum est*, munus tuum tuere. Id. l. 13. ep. 28. *Quod reliquum est*, velim augeas tua in eum benificia. *Quanto al resto*. Id. l. 13. ep. 78. *De reliquo*, si dignum eum tua amicitia, hospitioque cognoveris, peto ut eum complectare. *Del resto*.

CAPUT CLXXI.
De Adverbio SATIS.

Satis absolute.

1 SAtis non est idem, quod *Valde*, sed quod *Sat est*, & *sufficit*. Cic. in Or.

Or. c. 63. Animo istuc *satis* est, auribus non est *satis*: *Basta all' animo, all' orecchie non basta*. Id. 1. Phil. 15. Mihi fere *satis* est, quod vixi, vel ad ætatem, vel ad gloriam. Id. l. 4. ep. 14. *Satis* de rebus nostris, vel etiam nimium multa. *Abbastanza, ovvero anche d' avvantaggio*.

Satis, cum nominibus.

2 Sæpe cum nominibus jungitur. Cic. in Brut. Cum Latinis literis, tum Græcis *satis eruditus*. *Sufficientemente, Assai bene letterato in Latino, e in Greco*. Id. l. 6. ep. 4. *Satis multa*, vel plura potius, quam necesse fuit. Id. 1. off. 8. Negabat ullam *satis magnam* pecuniam esse ei, qui in repub. princeps vellet esse. *Si grande quanto bisognerebbe*.

3 Interdum tamquam nomen neutrius generis genitivum assumit. Vnde illa. *Satis* erit *signi*. *Satis temporis* non habui. *Satis ingenii*. *Satis Doctrinæ*.

Satis, cum verbis, & adverbiis.

4 Sæpe etiam cum verbis, & adverbiis copulatur. Cic. At. l. 10. *Satis mirari* non queo hominis negligentiam. Id. l. 12. ep. 9. Non *satis occurrit*, quod scribam. *Non mi sovviene troppo*. Id. 2. Acad. Non *satis intelligebam*. *Non intendeva troppo bene*. Id. pro Rosc. Am. c. 12. Hanc laudare pro dignitate nemo *satis commode* posset. *Lodar la abbastanza conforme ai meriti suoi non potrebbe alcuno comodamente*.

Satis, superque.

4 *Satis, superque* est *Satis & plusquam satis*. Cic. 2. de nat. Deor. c. 1. Contra

Epi-

Epicurum *satis superque* dictum est. *S'è detto pur troppo*. Id. pro Rosc. Com. c. 5. *Satis superque* habeo, quod mihi dederis. &c. *Mi basta d'avanzo*. Id. de Or. *Satis, superque* prudentes sunt, qui, &c. *D'avvantaggio*. Id. 1. de Or. 47. Mihi videtur *satis superque* istorum studiis, si modo sunt studiosi, esse factum. *Pur troppo Compitamente*. Liv. l. 28. c. 29. *Satis superque* pœnarum habeo.

CAPUT CLXXII.
De Adverbio SCILICET.

1 Scilicet est quasi *Scire licet*. Usurpatur pro *Certe*, aut *Videlicet*. *S'intende*, *Per certo*. Cic. l 10 ep. 26. *Scilicet* id agitur, utrum hac petitione, an proxima Prætor fias. Id. Att. 4. ep. 6. De Lentulo *scilicet* sic fero, ut debeo. Idem ibid. Quo dolore esse debeo? Quo sum *scilicet*.

Scilicet, per Ironiam.

2 Non raro usurpatur per Ironiam. Cic. pro Rab. Per. c. 5. *Scilicet* tibi graviorem dolorem patrui tui mors attulit, quam C. Graccho fratris. *Si per certo* Idem 4 Verr. 58. *Scilicet* expectamus legitimum illud quinquennium. *Messersì, buono, so dire*. Id. Att. l. 13 ep. 34. Id Populus curat *scilicet*. *Appunto ti so dire*.

CAPUT CLXXIII.
De Adverbio SECUS.

Secus idem est, quod *Aliter*. Cicer. in Brut. 85. Nemo dicet *secus*. Id. l. 6. ep.

ep. 4. Etsi nonnullis id ipsum videatur *secus*. *Altrimenti*.

Secus pro *Male*.

2 Interdum negandi vim habet. Cic. in Pis. 28. Recte, an *secus*, nihil ad nos. Id. 3. Fin. 13. Nobis aliter videtur, recte, *secus* ne, &c. *Bene, o male*. Id. At. 1. ep. 19. Affirmat a se nihil cuiquam de te *secus* esse dictum. Id. l. 3. ep. 6. De tuo in me animo iniquis *secus* existimandi videris nonnihil loci dedisse. *Di pensare sinistramente*.

Secus ac, ac si, atque, quam.

3 Sæpe adsciscit, *Ac, Ac si, Atque, Quam*. Cic. pro Planc. c. 1. Cujus ego saltem non *secus ac* meam tueri debeo. *Non altrimenti, che*. Id. pro Mur. c. 4. Non *secus ac si* meus esses frater. Id. in Or. 14. Dicendum est aliquando *secus, atque* in tradenda arte dici solet. Id. At. 6. ep. 2. Mihi autem erit maximæ curæ, ne quid fiat *secus, quam* volumus. Id. in Or. 20. Ab his non multo *secus, quam* a Poetis hæc eloquentia, quam quærimus, revocanda est.

Admonitio.

4 *Non secus ac* usurpatur insequente consonante. *Non secus atque* insequente vocali. *Non secus quam* tum insequente consonante, tum insequente vocali. V. *Ac*, & *Atque*.

Multo secus, longe secus.

5 *Secus* eleganter conjungitur cum *multo*, & *longe* more comparativorum. Cic. pro Mil. c. 10. Hora fere undecima, aut non *multo secus*. Id. 2. de Or. c. 90. Hæc sunt *longe secus*.

CAPVT CLXXIV.

De Præpositione SECVNDVM.

1 Præpositio *Secundum* a *Secus*, vel *Sequor* ducta est, proprie autem est *Præter*. Cic. Att. 16. ep. 8. An iret ad tres legiones Macedonicas, quæ iter *secundum mare* superum faciunt. *Lungo il Mare Adriatico*. Id. Att. 8. ep. 19. Si *secundum mare* ad me ire cœpisset, confestim in Samnium ad me venturum. *Lungo la marina*.

Secundum pro *Post*.

2 Plerumque pro *post* usurpatur. Cic. At. 3. ep. 12. Spem ostendis *secundum comitia*. *Subito fatti i comizj*. Id. 1. de Or. 62. Sed opinor *secundum hunc diem*. *Insino a domani*. Id. in Vatin. 6. *Secundum ea* quæro, servaris ne in eo fidem. *Conseguentemente*. Id. 2. Verr. 11. Tua ratio est, ut *secundum binos ludos* mihi respondere incipias; mea, ut ante primos ludos comperendinem. *Passati i due Giuochi*.

Secundum pro secundo loco.

3 Sæpe *Secundum* usurpatur pro *post*, idest secundo loco. Cic. 3. de Or. 58. In actione *secundum vocem* vultus valet. Idest primas vox tenet, secundas vultus. *Dopo la voce*. Id. 2. Off. 3. *Secundum Deum* homines hominibus esse possunt. *Dopo Dio*. Id. 1. Acad. 4. Quibus ille *secundum fratrem* plurimum tribuebat. Id. Att. l. 12. ep. 16. *Secundum te* nihil est mihi amicius solitudine. *Dopo te non ho cosa più amica del ritiramento*. Se-

Secundum pro *ex præscripto*.

4 *Secundum* convenientiam designat. Cic. 3. off. c. 5. Societas maxime est *secundum* naturam humani generis. Id, ib. Rationi omnes parebunt, qui *secundum* naturam volent vivere.

CAPUT CLXXV.

De Conjunctione, *Si*.

1 Conjunctio *Si*, ut a vulgato usu discedamus, interdum usurpatur pro *Quandoquidem*. Terent. And. 1. 5. *Si* te in germani fratris dilexi loco. Virg. 6. Æn. *Si* fratrem Pollux alterna morte redemit. Cic. 1. Phil. *Si* illustrantur, *si* erumpunt omnia. *Poichè, Attesochè, Essendo che*.

Si pro *An*.

2 *Si* pro *An* rarum est. Cic.2.de Or.c.70. Vide, inquit, Scaure, mortuus rapitur, *si* potes esse possessor. Id. 2. Div.34. Dicito *si* pascuntur aves. Pl. in Paneg. Cogitemus *si* &c. Adde Horatium l. 1.ep.3. & 6.

Admonitio.

3 *Velim scire, Nescio, Haud scio, Quæro, Dubito*, & alia ejusmodi, nisi præcedat negatio, pro *Si* requirunt *An*, *Ne*, *Utrum*, *Numquid*. Cic. l. 13. ep. 1. *Nescio, an* ingnoscendum sit huic. *Non so, se a costui si debba perdonare*. Id.5. Fin. Quod *haud scio an* rectè dixerim. Id. l. 9. ep. 26. Illud vero te putabat esse *quæsiturum* unum cœlum esset, *an* innumerabilia. Id. At. l. 5. ep. 6. *Dubito* Romæ *ne* sis, *an* jam profectus. *Dubito, se tu sii a Roma, o pur già ti sii partito*. Lege *Utrum*, & *Num*.

Si postpositum.

4 *Si* eleganter pronominibus præcipue postponitur. Cic. Or. Hoc *nos si* facere vellimus. Id. l. 7. ep. 17. Tantum moneo, *hoc si* amiseris, te esse nullum umquam reperturum. Id. l. 14. ep. 22. Nos quotidie tabellarios vestros expectamus, qui *si* venerint, fortasse erimus certiores, quid nobis faciendum sit. Id. pro Quin. c. 15. *Pecuniam si* cuipiam fortuna ademit.

Si pro *Etiamsi*.

5 Interdum pro *Etiamsi*. Terent. Eun. 1. 1. Redeam? non *si* me obsecret. *Ancorche mi preghi*. Plaut. Merc. 4. 2. Decem *si* vocasset ad cœnam summos viros, nimium obsonavit. Cic. pro Quin. c. 25. Et mehercule, *si* nihil diceret, tacito officio me moveret. *Quantunque*. *Con tutto che*.

Si cum *Tamen*, vel *Profecto*, *Vero*, *Certe*.

6 Nonnunquam adsciscit. *Tamen*, vel *Profecto*, aut aliquid ejusmodi. Cic. de Sen. 11. Quæ *si* exequi nequirem, *tamen* me lectulus meus oblectaret ea ipsa cogitantem. Idem de Vn: Atqui, *si* pulcher est hic mundus, *si* probus artifex, *profecto* speciem æternitatis imitari voluit. Id. l. 7. ep. 34. Quod *si*, ut volumus, exceperimus, ego *vero* multam salutem, & foro dicam, & curiæ. Id. At. l. 2. ep. 56. *Si* ulla res est, quæ bonorum animos vehementius possit intendere, hæc *certe* est. *Se ci è cosa, che possa, ec. questa ti so dire, che ell' è tale*.

Si minus cum *At*, *Tamen*, *Attamen*, *Certe*, *At certe*, *At saltem*.

7 Si

7 *Si minus*, pro *Si non* jungi ſolet cum *At*, *Tamen*, *Attamen*, *Certe*. Cic. 7. Ver. 27. *Si minus* ſupplicio affici, *at* cuſtodiri oportebat. *Se non caſtigarli, almeno tenerli in prigione.* Id pro Cluen. c. 6. Non timuiſſe *si minus* vim Deorum, hominumque famam, *at* illam ipſam noctem. Id. l. 9. ep. 17. *Si minus* contigerit, *tamen* non poſſum eum non diligere. Id. l. 2. ep. 6. Noſtram ſuffragationem *si minus* potentem, *at* probatam *tamen*, &c.

Si minus, abſolute.

8 *Si minus* interdum ſubjicitur abſoluteque ponitur. Cic. pro Syl. c. 29. Conceditis, ut nobis libertatem retinere liceat, *si minus* dignitatem. *Se non la reputazione*. Id. At. l. 13. ep. 1. Si hortos inſpexeris, dederis mihi, quod ad te ſcribam; *si minus*, ſcribam tamen aliquid. *Se no, ti ſcriverò ad ogni modo qualche coſa*.

Si cum *si minus*, vel *si non*.

9 Particulæ *si* aliquando reſpondet *si minus*, vel *si non*. Cic. Att. 3. ep. 19. Me, *si* putas te iſtic viſurum, expecta; *si minus* inviſe. Id. Fam. 7. ep. 3. *Si* hæc civitas eſt, civius ſum ego; *si non*, exul ſum.

Si non pro *Si minus*.

10 *Si non* pro *Si minus* barbarum non eſt, ſi recte adhibeatur. Cic. Att. 1. ep. 13. Ut qui nummos ex tribu pronunciaverit, *si non* dederit, impune ſit. Id. l. 16. ep. 24. A flamma, *si non* potes omne, partem aliquam velim extorqueas. Id. de Or. c. 28. Is magnus eſt Orator, *si non* maximus.

Si

Si non, *At*; *Attamen*, *Certe*; *At certe*; *At saltem*.

11 *Si non* pro *Si minus*, assumit *At*, *Attamen*, *Certe*, *At certe*, *At saltem*. Cic. l. 6. ep. 23. Eorum desiderium *si non* æquo animo, *at* forti feras. Id. l. 9. ep. 6. Cum spe *si non* optima, *at* aliqua tamen vivere. *Se non ottima, pur almen alcuna*. Id. Or. 5. Quæ *si* imitari, atque exprimere *non* possumus; *attamen*, qualis esse debeat fortasse dicere. Id. At. 3. ep. 15. *Si non* plus ingenio valebas, quam ego; *certe* timebas minus. Id. l. 15. ep. 15. Putaremus *si non* totam causam, *at certe* nostrum judicium definiri. Id. l. 9. ep. 8. Vtinam aliquo, *si non* bono, *at saltem* certo statu civitatis, hæc inter nos studia exercere possemus.

Admonitio.

12 Cum sequitur *At*, *Certe*, vel aliquid ejusmodi, non usurpatur *Nisi*, sed *Si non* vel *si minus*.

Si *non* pro *nisi*.

13 Si *non* interdum ponitur in iis locis, quæ particulam *nisi* postulare videntur. Cic. 2. Agr. c. 26. Vident agros sibi esse, *si non* vendiderint, relinquendos. Id. pro Rosc. Com. c. 1. Scripsisset ille, *si non* jussu hujus expensum tulisset.

Si maxime, concedentis.

13 *Si maxime* concedentis est. Cic. 4. Ver. 68. Neque enim *si maxime* statuæ dejectæ essent, eas ego possem vobis jacentes ostendere. *Quantunque fossero gettate in terra*. Id. pro Quin. c. 10. *Si maxime* velim. *Posto ch' io volessi*.

Si nihil aliud pro *Si non aliud*.

15 *Si nihil aliud* pro *Si non aliud* dici solet. Cic. 2. Ver. 58. Hic venit in judicium *si nihil aliud*, saltem, ut &c. *Se non altro, almeno*.

Si quisquam profecto.

Si quisquam adsciscit *Profecto*, aut aliquid ejusmodi. Cic. l. 15. ep. 4. *Si quisquam* fuit unquam remotus &c. ego *profecto* is sum.

Si quæris.

17 *Si quæris* usurpari solet in iis rebus, quas scire, ad eum, quicum agimus, non magnopere pertineat. Cic. 3. off. 20. Ea res, *si quæris*, magno ei honori fuit. *Se tu ti curi di saperlo*. Id. l. 7. ep. 1. Omnino, *si quæris*, ludi apparatissimi, sed non tui stomachi. *Se tu vuoi saperlo*: *Se tu vuoi, ch' io te lo dica*.

Si quidem pro *Si*.

18 *Si* aliquando assumit *quidem*, nec tamen significationem mutat, sed auget. Cic. in Pis. c. 10. Qui latrones igitur, *si quidem* vos consules? Id. pro Planc. c. 8. Tui municipes pauci sunt, *si quidem* cum Atinatibus conferantur.

Siquidem pro *quandoquidem*.

19 *Siquidem* idem est, quod *Quandoquidem*. Cic. 1. Tusc. 1. Antiquissimum e doctis genus est Poetarum, *siquidem* Homerus fuit, & Hesiodus ante Romam conditam. Id. l. 9. ep. 12. Gratulor Bajis nostris, *siquidem*, ut scribis, salubres repente factæ sunt. *Poichè* - *Giacchè*.

Siquidem pro *si tamen*.

20 Alias

20 Alias distrahitur, & significat *si tamen*. Cic. pro Flac. 7. O morem præclarum, quem a majoribus accepimus; *si quidem* eum teneremus. *Se pur noi lo mantenissimo*. Id. 2. Cat 4. O fortunatam Remp. *si quidem* hanc sentinam hujus urbis ejecerit. *Se però*.

Siquidem pro *enim*.

21 Aliquando usurpatur pro *Enim*. Cic. pro Mur. c. 11. Summa est utilitas in iis, qui milititari laude antecellunt: siquidem eorum consilio, &c.

Si Diis placet, indignantis.

22 *Si Diis placet*, indignantis est. Cic. 3. de Or. 24. Etiam Latini *si Diis placet*, hoc biennio dicendi magistri extiterunt. *Se 'l credo*. *S' ella è da credere*. Id. 5. Tusc. 10. Qua gloria commotus Epicurus exoritur, cui etiam, *si Diis placet*, videtur semper sapiens beatus. Id. pro Flac. 38. Nimiæ pietatis, & summi amoris in patriam nos pœnas, *si Diis placet* sufferamus, *S' a Dio piace*. *So dire*.

Si quid.

23 *Si quid* pro *si aliquid* vulgare est, & Latinis scriptoribus familiarissimum. Ibi tamen animadversione dignum est, ubi adverbii loco usurpatur, Liv. l. 3. c. 22. *Si quid* inclementius in te invectus sum.

Sin pro *sed si*.

24 *Sin* est *sed si*, & sæpe ponitur post *Si*, Cic. l. 7. ep. 12. *Si* plane a nobis deficis, moleste fero; *sin* Pansæ assentari commodum est, ignosco. *Ma se*. Id. At. l. 5. ep. 8. Tu, *si* modo es Romæ, vix enim puto;

to; *sin es*, hoc vehementer animadvertas velim. *Ma se tu ci sei*.

Sin autem; *sin minus*; *Sin aliter*.

25 *Sin*, cum subjicitur, sæpe adsciscit *Autem*, interdum *Minus*, aut *Aliter*. Cic. At. 10. ep. 6. Si vir esse volet, præclara Synodia; *sin autem*, erimus nos, qui solemus. Id. l. 11. ep. 14. Si ita est, omnia faciliora; *sin aliter*, magnum negotium. Id. ad Q. Fr. l. 2. ep. 8. Si perficiunt, optime; *sin minus*, ad nostrum Jovem revertamur.

Sin autem non præcedente *si*.

26 *Sin autem* adhibetur etiam non præcedente *si*. Cic. 1. off. c. 34. *Sin autem* libidinum etiam intemperantia accesserit, ipsa senectus concipit dedecus.

CAPUT CLXXVI.

De Conjunctione SIVE, & SEU.

Sive, semel positum.

1 Sive ex *Si*, & *Ve* enclitica conflatum, interdum semel ponitur. Cic. At. l. 8. ep. 3. Quid perturbatius hoc ab urbe discessu, *sive* potius turpissima fuga? Id. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. Contraque te erigas, ac resistas, *sive* etiam obsistas negotiis.

Sive bis, & sæpius iteratum.

2 Alias bis, & sæpius iteratur. Cicer. pro Sex. c. 51. Venio ad comitia *sive* magistratuum, *sive* legum placet. Id. 2. de Leg. c. 1. Illo loco uti libenter soleo, *sive* quid mecum cogito, *sive* aliquid scribo. Id. ad Qu. Fr. l. 1. ep. 2. *Sive* tua natura

paulo acrior, *sive* quædam dulcedo iracundiæ, *sive* dicendi sales valuissent.

Sive, *sive non*.

3 Cic. l. 12. ep. 2. *Sive* referent ad me, *sive non*; mea tamen tibi benevolentia, fidesque præstabitur. Id. de Fat. c. 12. *Sive* adhibueris medicum, *sive non*, convalesces.

Seu bis, vel sæpius repetitum.

4 *Seu* ex *sive* contractum est, ac sæpe iteratur. Cic. pro Quin. c. 8. Quemadmodum solent homines nobiles, *seu* recte, *seu* perperam facere cœperunt, in utroque excellunt. Liv. l. 21. c. 7. In tantas brevi creverant opes, *seu* maritimis, *seu* terrestribus fructibus, *seu* multitudinis incremento, *seu* sanctitate disciplinæ.

Seu cum *sive*.

5 Miscetur interdum cum *sive*. Cæs. 2. B. C. c. 27. *Seu* vere, quam habuerunt opinionem, perferunt, *sive* etiam auribus Vari serviunt. Plaut. Stich. a. 3. sc. 1. *Sive* ego taceam, *seu* loquar, scio scire te.

Seu semel positum.

¶ 6 Interdum semel ponitur. Cicer. pro Quin. c. 25. O fortunatum hominem, qui hujusmodi nuncios, *seu* potius Pegasos habet.

CAPUT CLXXVII.

De Adverbio SIC, SICUT, & SICCINE.

Sic ut, similitudinis.

1 Sic ut sæpe similitudinem declarat. Cic. l. 13. ep. 1. Pomponium *sic* amo, *ut* alte-

alterum fratrem. Id. At. l. 5. ep. 18. Ego tui Bruti rem *sic* ago, *ut* ipse non age ret.

Sic, ut si; Sic quasi; sic tamquam.

2 Cicer. l. 2. ep. 14. Ejus negotium *sic* velim cures, *ut si* res esset tua. *Come se fosse cosa tua.* Id. de Sen. 8. Quas quidem *sic* avide arripui, *quasi* diuturnam sitim explere cupiens. Id. Fam. l. 13. epist. 70. Apud eum *sic* fui, *tamquam* domi meæ. *Sono stato in casa sua, come in casa propria.*

Sic, ut pro *Adeo, ut.*

3 Alias *sic ut* est *Adeo ut*. Cic. 1. de Nat. Deor. c. 23. Multas gentes, *sic* immanitate efferatas, *ut*, &c. Id. l. 13. ep. 31. Id mihi *sic* erit gratum, *ut* gratius esse nihil possit. *Tanto mi sarà grato, che nulla più.* Id. l. 13. ep. 1. *Sic* a me hoc contendit, *ut* nihil umquam magis. *Con tant' istanza, che.*

Sic, quemadmodum; Sic, ne; Sic ut ne quidem.

4 Cic. post red. ad Quir. 9. *Sic* ulciscar singula genera *quemadmodum* a quibusque sum provocatus. Col. 1. c. 6. Stabula *sic* ordinentur, *ne* quis humor influere possit. Cic. pro Quin. c. 21. Quem tu a puero *sic* instituisti, *ut* nobili *ne* gladiatori *quidem* cederet.

Sic, secus.

5 *Sic* cum *Secus* interum jungitur. Cic. 1. de Leg. c. 17. Illa, quæ aliis *sic*, aliis *secus*, nec semper uno modo facta videntur, ficta esse dicimus. *Ad altri in un modo, ad altri in un altro.*

Sic sum, pro *Ita factus sum.*

6 *Sic sum* pro *Sic factus sum* eleganter dicitur. Ter. Phor. 3. 2. *Sic sum*, si placeo, *Io son così fatto*. Plaut. Aul. 2. 4. Quid tu vis? *sic sum*, ut vides. *Io son fatto, come tu mi vedi*. Huc spectant illa: Ter. Phorm. 1. 2. *Sic* est ingenium, pro *Hujusmodi*. *E' un cervello così fatto*. Cic. pro Rosc. Com. 10. *Sic est* vulgus, ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat. *Il volgo è così fatto*. Id. pro Rosc. Am. 30. *Sic vita hominum est*, ut ad maleficium, &c. *Tal' è il viver degli uomini*.

Sicut ita; *Sicut item*; *Sicut sic*.

7 *Sicut* etsi conflatum ex *Sic*, & *Ut*, usurpatur interdum pro simplici *Ut*, & adsciscit *Ita*, *Item*, *Sic*. Cic. pro Mil. 11. Hæc, *sicut* exposui, *ita* gesta sunt. Id. pro Quin. c. 21. *Sicut* tu semper summe concupisti, *item* volebat Alphenus. Id. pro Cluen. c. 2. *Sicut* aliis in locis parum firmamenti, & parum virium veritas habet; *sic* in hoc loco falsa invidia imbecilla esse debet.

Admonitio.

8 Frequentius tamen, cum similitudo significatur, usurpatur simplex particula *Ut*, sequente *Ita*, *Sic*, *Item*, &c. Cic. 2. Phil. 22. *Ut* in seminibus causa est arborum, & stirpium, *sic* hujus luctuosissimi belli semen tu fuisti. Id. 2. de Or. c. 65. *Ut* sementem feceris; *ita* metes. Vide *Ut* pro *Quemadmodum*.

Non sicut, *sed ut*.

9 Cic. de Am. 2. *Non sicut* vulgus, *sed ut* eruditi solent appellare sapientem.

Sicut, absolute,

10 In-

10 Interdum *Sicut* absolute ponitur. Cic. ad Qu. Fr. l. 1. ep. 1. Cum jam tibi Asia, *sicut* unicuique sua domus, nota esse debeat.

Siccine.

11 *Siccine* componitur a *sic*, & *ne*. Solet autem adhiberi interrogando, & exprobrando. Cic. pro Flac. c. 33. *Siccine* tu auctor &c. Liv. l. 6. c. 16. *Siccine* vestrum militem, ac præsidem finitis vexari ab inimicis?

CAPUT CLXXVIII.

De Nomine SIMILIS, & Adverbio SIMILITER.

Similis cum *ac*, *ac si*, *atque*, *ut si*, *tanquam si*, *&c.*

1 Similis sæpe quidem jungitur genitivo, vel dativo casui, ut passim exempla declarant: non raro tamen copulatur cum *Ac si*, *Atque*, *Ut si*, *Tamquam si*, *Ac*, *Et*. Cicer. 4. Fin. 12. Nec, si ille sapiens ad tortoris equuleum a Tyranno cogatur, *similem* habeat vultum, *ac si* ampullam perdidisset. Idem 5. Fin. 14. Itaque *similis* finis erit *boni*, *atque* antea fuerat. Idem de Sen. 6. *Similes* sunt, *ut si* qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant. Idem 2. Div. 64. *Similes* sunt Dii, &c. *tamquam* si Pœni in Senatu nostro sine interprete loquerentur. Liv. l. 6. c. 28. Jactabant *similem* fugam fore, *ac* bello Gallico fuerit. Cic. 5. Tusc. 3. Pythago-

ras respondit, *similem* sibi videri vitam hominum, & mercatum eum, qui &c.

Similis differt a *par*.

2 Cavendum est, ne *similis* cum *par* confundatur. *Similis* enim convenientiam significat, *par* æqualitatem. Liv. l. 45. c. 44. *Similia* omnia magis hominibus, quam *paria*.

Similiter Ac si, *Atque*; *Ut si*.

3 *Similiter* quoque jungitur cum *Ac si*, *Atque*, *Ut si*. Cic. 3. de Nat. Deor. c. 3. *Similiter* facis, *ac si* me roges, cur te duobus contuear oculis. *Tu fai appunto, come se*. Id. 9. Phil. 4. Neque vero illum *similiter*, *atque* ipse eram, commotum esse vidi. Id. 1. Off. c. 25. *Similiter* facere eos, *ut si* nautæ inter se certarent, quis eorum potissimum navim gubernaret.

Similiter ut.

4 *Similiter ut* est apud Col. l. 7. c. 5. Ovem pulmonariam *similiter ut* suem curare convenit. Et l. 8. c. 8. *Similiter ut* gallinæ farciuntur.

Similiter absolute pro *Item*.

5 Raro absolute ponitur pro *Item*, aut *Eodem modo*. Cic. 2. de Nat. Deor. c. 8. *Similiter* effici potest, sapientem esse mundum, *similiter* beatum, *similiter* æternum. Id. 1. de Or. *Similiter* petes a Crasso, ut, &c. *Similmente*. Idem pro Leg. Man. c. 8. Ita reputo, a nemine istorum ex hoc loco *similiter* esse laudatum Lucullum. *Somigliantemente*, *egualmente*.

CA.

CAPUT CLXXIX.

De Adverbio SIMUL.

1 SImul idem est, quod *Una*, aut *Pariter*. Cic. At. 5. ep. 10. Propter propinquitatem totos dies *simul* eramus. Idem 3. de Or. 3. Et cum rep. pariter vixisse, & cum ea *simul* extinctus esse videtur.

Simul cum.

2 Sæpissime assumit *Cum*. Cic. Quod si cui *simul* animus *cum re* concidit. *Ha perduto l'animo insieme con la roba.* Id. pro Do. 7. Senatus auctoritas *simul mecum* reducta est. Id. ibid. c. 30. Volaterrani, &c. fruuntur *nobiscum simul* hac civitate. Id. pro Font. c. 10. Nisi aliquoties ex accusatoribus *vobiscum simul* audissem. *Insieme con esso voi.*

Simul, iteratum.

3 Interdum iteratur. Liv. l. 1. c. 9. Adeo omnes *simul* spernebant, *simul* tantam in medio crescentem molem sibi, ac posteris suis metuebant. Idem l. 23. c. 30. Namque Gelo maximus stirpis, contempta *simul* senectute patris, *simul* post Cannensem cladem Romana societate, ad Pœnos defecit.

Simul pro *simul ac*.

4 Sæpe usurpatur pro *Simul ac*, prætermisso *Ac* brevitatis gratia. Cic. 4. Acad. c. 27. *Simul* inflavit tibicen, carmen agnoscitur. *Subito che ha cominciato a sonare il piffaro.* Idem At. l. 2. ep. 20. *Simul* quid erit certi, scribam ad te. *Come ci sarà cosa certa.* Si-

Simul ac; *Simul*, *ac primum*; *simul atque*, *simul ut*.

5 Plerumque tamen assumit *Ac*, *Ac primum*, *Atque*, *Ut*. Cic. 1. de Nat. Deor. 38. *Simul ac* mihi collibitum est, præsto est imago. *Subito che mè ne vien voglia*. Idem 3. Ver. 13. *Simul ac primum* occasio visa est. Idem pro Rosc. Am. c. 10. Quod is *simul atque* sensit; de amicorum cognatorumque sententia Romam confugit. *Del che come se n' accorse*. Idem 2. Fin. 11. Omne autem animal, *simul ut* ortum est, & seipsum, & omnes partes suas diligit. Id. At. l. 10. ep. 4. *Simul ut* videro Curionem. *Subito che*.

Cum *Statim*, *Illico*, *Continuo*.

6 Interdum ad majorem rei celeritatem significandam adjicitur *Statim*, *Illico*, aut aliquid ejusmodi. Cic. Fam. 6. ep. 19. *Simul ut* accepi a Seleuco tuas litteras, *statim* quæsivi. *Com' io ebbi ricevute le tue*, *subito*. Id. 3. Ver. 10. Verres, *simul ac* tetigit provinciam, *statim* Messanam litteras dedit. *Non prima giunse*, *che*. Id. 4. Ver. 6. Qui, *simul atque* ei provincia Sicilia sorte obvenit, *statim* Romæ, ec. Id pro Mur. c. 10. *Simul atque* increpuit suspicio tumultus, artes *illico* nostræ conticescunt. Id. 6. Ver. 21. *Simul atque* in oppidum quodpiam venerat, mittebantur illi *continuo* Cibyratici canes. *Appena era arrivato*, *che*.

Simul pro *Deinde*, vel *Item*.

7 Interdum usurpatur pro *Deinde*, vel *Item*. Cic. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. *Simul* illud

illud nesciebat. Id. pro Balb. *Simul*, & illud cogita. Id. pro Rosc. Am. Et *simul* tibi veniat in mentem, &c. *E parimente.*

Simul quod, quia, ut, ne.

8 Adsciscit autem interdum *Quod, Quia, ut ne*. Cic. l. 1. ep. 7. *Simul quod* video, non ut antehac putabam, novitati esse invisum meæ. Sallust. Catil. *Simul quia* vobis eadem bona, malaque esse intellexi. Cic. 3. Ver. 77. *Simul ut* esset pœna, quod alterius patroni testamento obtemperasset. Sallust. Jugurth. *Simul ne* per insolentiam quis existimet memet studium meum laudando extollere.

CAPUT CLXXX.

De Adverbio SODES.

1 SOdes dictum est, quasi *si audes*. Sed usurpatur pro *Quæso*, vel *si vis*. Horat. l. 1. ep. 7. Vescere *sodes*. Idem ep. ad Pis. Corrige *sodes* hoc, dicebat, & hoc. Cic. At. 7. ep. 3. Tartesium mihi istum exeunti jube *sodes* nummos curare. *Di grazia.* Var. l. 3. de re rust. c. 9. De Gallinis dic *sodes*. *Se ti piace.*

CAPUT CLXXXI.

De Adverbio STATIM.

1 STatim a stando dictum, significat *Illico*. *Di botto*. *Subito*. Cic. At. l. 12. ep. 19. Philippus, ut me salutavit, *statim* Romam profectus est. *Senza fermarsi punto*. Id. de Ar. resp. c. 1. Haud potest a

me gravioribus verbis vulnerari, quam est *statim* in facto ipso a gravissima viro P. Servilio confectus, ac trucidatus. *Incontinente*. Id. in Or. c. 10. Itaque *statim* hoc sum aggressus, Catone absoluto.

Statim ut, Statim atque.

2 *Statim ut* satis usitatum est. Cic. l. 1. ep. 9. *Statim ut* ille Prætor est factus. *Subito che*. Idem pro Quin. c. 18. Quæsivit a te *statim ut* Romam rediit Quintius. *Tosto che*. Idem l. 2. ep. 13. Meque ab eo diligi *statim* cœptum esse, *ut* simultatem deposuimus, sensi. Rarius assumit *Atque*.

Statim, simul ut; Statim, simul ac;

3 Interdum adsciscit *Simul ut*, vel *Simul ac*. Cic. At. 10. ep. 4. Ego ad te *statim* habeo, quod scribam, *simul ut* Curionem videro. Idem At. 15. ep. 12. *Statim* se iturum, *simul ac* ludorum apparatum iis, qui curaturi essent, tradidisset. *Così tosto, come avesse dato, ec. ch' egli subito se ne anderebbe.*

Statim a, statim post.

4 Suet. in Cæs. c. 85. Plebs *statim a* funere ad domum Bruti, & Cassii cum facibus tetendit. Id. in Vesp. c. 11. *Statim ab* initio principatus usque ad exitum. Id. in Aug. c. 83. Exercitationes campestres equorum & armorum *statim post* civilia bella omisit.

CAPUT CLXXXII.

De Præpositionibus SUB, SUBTER, & SUBTUS.

1 SUb contrarium habet *Supra*; & regit sextum casum, cum statum significat quartum, cum significat motum. Cicer. 2. de Nat. Deor. 37. Homines *sub terra* habitantes. Idem 2. Phil. 9. Nisi se *sub scalas* tabernæ librariæ conjecisset.

Sub pro *Statim post*.

2 *Sub* sæpe usurpatur pro *Secundum*, idest *Statim post*, & quartum casum regit. Cic. l. 10. ep. 16. *Sub eas litteras* recitatæ sunt tuæ. *Subito dopo quelle*. Liv. l. 22. c. 47. *Sub* equestris *finem* certaminis coorta est peditum pugna. *Al fine della giostra*. Id. l. 23. c. 15. *Sub adventum* Prætoris Rom. pœnus Agro Nolano excessit. *All'arrivare*. *In sull' arrivo*.

Sub lucem, *sub noctem*, *sub vesperam*.

3 *Sub lucem*, *sub noctem*, *sub vesperum*. *Incipiente luce*, *nocte*, *vespere*. Liv. l. 9. Qui *sub lucem* apertis portis urbem ingrederentur. *In sul far del giorno*. Id. l. 27. c. 15. *Sub ortum* ferme lucis, nullo obvio armato, in forum perveniunt. Cæs. B. G. 28. Pompejus *sub noctem* naves solvit. *In sul far della notte*. Id. 2. B. G. 33. *Sub vesperam* Cæsar portas claudi, militesque ex oppido exire jubet. *In sul far della sera*. *Sull'imbrunir del Cielo*.

Sub idem tempus.

4 *Sub idem tempus*, est *per idem tempus* Liv. lib. 1. c. 22. Utrinque legati fere *sub idem tempus* ad res repetendas missi. *In sull' istesso tempo*.

Sub dio, vel *sub divo*.

5 *Sub dio*, vel *sub divo*, est *Sub Cælo*, vel *aere*. *Allo scoperto, al sereno*. Cic. 3. Ver. 19. In sylva dispositæ signa *sub dio* vidimus. Var. 3. R. R. 4. Idoneus *sub dio* capiendus est locus cochleariis. Col. l. 1. c. 8. Nullus dies tam intolerabilis est, quo non *sub divo* tractari aliquid possit.

Sub aspectum, *sub sensus cadere*.

6 *Sub aspectum cadere*, est aspici posse; *sub sensus cadere*, sentiri posse, & cætera eodem modo. Cic. de Un. Cœlum *sub aspectum, & tactum cadit*. *E' visibile, e palpabile*. Id. 1. Acad. 8. *Sub sensus cadit*. Id. de Un. *Sub intelligentiam cadit*. *E' intelligibile*. Id. 3. Fin. 18. *Sub judicium* sapientis, & *delectum cadunt*.

Sub pro *circa*.

7 *Sub* pro *circa* sextum casum regit, & aliquando etiam quartum. Cæs. de B. G. l. 8. c. 9. *Sub discessu* tuo. Suet. in Ner. c. 54. *Sub exitu* vitæ Nero palam voverat, &c. *Verso il fine della sua vita*. Sueton. in Aug. c. 16. *Sub horam* pugnæ, tam arcto repente somno devinctus est, ut &c. V. n. 3.

Sub metaphorice.

8 Cic. pro Arch. c. 10. Sylla jussit Poetæ præmium tribui *sub* ea conditione nequid postea scriberet. Liv. l. 25. c. 4. *Sub* Annibale Magistro omnes belli artes edoctus. Id. l. 2. c. 12. Cum *sub* regibus esset.

Sub-

Subter.

9 *Subter* contrarium habet *supra*. Cic. 3. de Or. 5. Qui omnia hæc, quæ supra, & *subter*, unum esse dixerunt. *Sotto, e sopra*. Id. 6. de rep. 4. Deinde *subter* mediam fere regionem sol obtinet. Id. 1. Tusc. 10. Plato iram in pectore, cupiditatem *subter præcordia* locavit. Id. 5. Tusc. 1. Virtus omnia, quæ cadere in hominem possunt, *subter se* habet. *Tien sotto di se*.

Subtus.

10 *Subtus* idem significat, ac *subter*, sed absolute usurpari solet. Var. l. 2. de R.R. c. 9. Canes debent esse labris subnigris, aut rubicundis, neque resimis superioribus, neque pendulis *subtus*, mento suppresso. Lucr. l. 6. Extemplo *subtus* frigescit terra, coitque.

CAPUT CLXXXIII.

De SVBINDE.

Subinde pro *identidem*.

1 SUbinde est *identidem*. Liv. l. 10. c. 17. Ego *subinde* suggeram, quæ vendatis. *Anderò di quando in quando suggerendo*. Id. l. 4. cap. 44. *Subinde* ab eisdem tribunis mentio in Senatu de agris dividendis illata est. *Di quando in quando*.

Subinde pro *post*, seu *deinde*.

2 Item usurpatur pro *post*, seu *deinde*. Vellei. hist. 1. c. 7. Qui dicit Capuam ab iisdem conditam, *subinde* Nolam. Suet. in Aug. c. 95. Circulus orbem solis ambiit, ac

ac *subinde* Juliæ monumentum fulmine ictum est.

CAPUT CLXXXIV.

De Præposit. SUPER, & SUPRA.

1 Super, contrarium fere habet *Sub*, aut *Subtus*. Cic. ad Qu. Fr. l. 3. ep. 1. Tectum, quod *super conclavia* non placuerat. Id. 2. de Leg. c. 26. Demetrius *super terræ cumulum* noluit quid statui, nisi columellam. Id. 2. Fin. 18. Si scieris velle imprudentem *super aspidem* assidere.

Super pro *De*.

2 Interdum usurpatur pro *De*, regitque ablativum. Cic. At. l. 14. ep. 25. Simulque cogites quid nobis agendum sit *super legatione*. *Intorno alla legazione*. Id. At. 16. ep. 6. *Hac super re* scribam ad te Rhegio. *Sopra di questo*. *Intorno a ciò*. Virg. 2. Æn. Multa *super Priamo* rogitans, *super Hectore* multa.

Super pro *præter*.

3 *Super* pro *præter* Livianum est. Liv. lib. 2. c. 27. *Super hæc* timor incessit Sabini belli. *Oltre a ciò*. Id. 28. c. 46. Punicum exercitum *super morbum*, etiam fames affecit.

Supra.

4 *Supra*, contrarium habet *Sub*, *Subter*, aut *Infra*; & eundem casum postulat, sive motui serviat, sive statui. Cic. 2. de Nat. D. 45. Mare *supra terram* est. Id. 6. de rep. 4. *Supra lunam* sunt omnia æterna. Id. 2. N. D. 37. Si essent, qui sub terra semper ha-

habitassent, nec exissent umquam *supra terram*. Id. l. 9. ep. 26. *Supra me* Atticus, infra Verrius accubuerunt. Illa per metaphoram. Cic. 2. N. D. 13. Ratio recta *supra hominem* putanda est, Deoque tribuenda. Id. ad Q. Fr. l. 1. ep. 2. Ecce *supra caput* homo levis, ac sordidus.

Supra pro *præter*.

5 *Supra* pro *præter* usurpari aliquando poterit, præsertim ab Historico. Liv. l. 2. c. 18. *Supra* belli Latini *metum* id quoque accesserat.

Supra, sine casu.

6 Interdum ponitur sine casu. Cic. 1. Div. c. 17. Cotem illam defossam in comitio, *supraque* impositum puteal accepimus.

Supra pro *Ante*.

7 Supra nonnunquam pro *Ante* usurpatur sine casu. Cic. pro Cæc. Ille, quem *supra* deformavi, voluntarius amicus. Id. 2. de Or. Illa, quam *supra* dixi. Id. l. 6. ep. 12. Illa polliceor, quæ *supra* scripsi.

Admonitio.

8 *Superius dixi*, & alia hujusmodi inusitata sunt, ac fortasse barbara: Pro quibus illa sunt in usu, *Ante dixi*, *Supra dixi*, *Supra scripsi*. *Ho detto*. *Ho scritto di sopra*. Quanquam *supra* fere ad locum, *Ante* refertur ad tempus.

9 Simul illud animadverte, non inveniri apud Cic. *causa supra dicta*, *verba supra scripta*, & similia; sed *causa*, *quam ante dixi*; *verba quæ supra scripsi*, &c.

Supra quam.

10 *Supra* interdum adsciscit *Quam*. Cic. 2. de

2. de N. D. 54. Paulo *supra*, *quam* ad linguam stomachus annectitur. *Alquanto sopra al luogo, dove*. Sall. Cat. c. 1. Corpus patiens inediæ, algoris, vigiliæ, *supra quam* cuique credibile est. *Sopra, o fuor d' ogni credenza*.

Nihil supra.

11 Cic. l. 14. ep. 1. Pisonis amor in nos omnes tantus, ut *nihil supra* possit esse. Id. At. lib. 13. ep. 19. Libros confeci, & absolvi; ne scio quam bene, sed ita accurate, ut *nihil supra*. *Che non si può dir di più*.

CAPUT CLXXXV.

De Pronomine *Talis*.

Talis ut, *Talis qui*.

1 Talis, sæpe assumit *Ut*, vel *Qui*. Cic. de Am. 3. Vita quidem *talis* fuit, vel fortuna, vel gloria, *ut* nihil possit accedere. *Che non vi si poteva aggiungere cosa alcuna*. Id. l. 10. ep. 6. *Talem* igitur te esse oportet, *qui* primum te ab impiorum civium societate sejungas.

Talis ac, *Talis atque*.

2 Alias *Ac*, vel *Atque*. Cic. in Var. 4. Honos *talis* Populi Rom. voluntate paucis est delatus, *ac* mihi. Teren. Phorm. a. 5. sc. 9. *Tali*, *atque* hic est, infortunio.

Talis, *qualis*.

3 Nonnunquam adsciscit *Qualis*. Cic. 1. de Or. 19. Ut & ipsis, apud quos ageret, *talis*, *qualem* se ipse optaret, videretur.

tur. Id. de Sen. c. 8. Semper agens aliquid, *tale* scilicet, *quale* studium in superiore vita fuit. Id. 2. Off. c. 13. Ut *quales* sumus, *tales* esse videamur.

Tale aliquid; Tale quiddam; Tale quid; Tale quicquam.

4 Interdum additur *Aliquid*, aut *Quiddam*, aut *Quid*, aut *Quicquam*. Cic. Att. l. 16. ep. 8. Non equidem hoc divinavi, sed *tale aliquid* putavi fore. *Qualche cosa simile. Una simil cosa.* Id. 2. de Leg. c. 5. Omnem legem esse laudabilem *talibus quibusdam* argumentis docent. *Con certi argomenti di questa sorta.* Liv. l. 5. c. 1. Rex, a quo *tale quid* dictum referretur. Id. l. 26. c. 31. Tantum abest, ut ipsi *tale quicquam* facturi fueritis.

Talis, absolute.

5 Cic. pro Cluen. c. 53. Vir *tali* dignitate præditus. *Un tal personaggio*. Id. pro Quin. c. 13. Tot, *talesque* viri. *Tante, e tali persone.*

CAPUT CLXXXVI.

De Conjunctione TAM.

Tam, quam.

1 TAm plerumque assumit *Quam*, & comparationem continet. Cic. l. 5. ep. 2. *Tam* sum amicus Reip. *quam* qui maxime. *Tanto, quanto ogni altro*. Id. l. 13. ep. 3. *Tam* mihi gratum id erit, *quam* quod gratissimum. *La più grata cosa, che possa essere*. Id. pro Syl. c. 31. *Tam* sum mise-

fericors Jud. *quam* vos, *tam* lenis, *quam* qui lenissimus.

Admonitio.

2 Cum duo non tam comparantur, quam copulantur, non solet usurpari *Tam*, *Quam*, sed *Tum*, *Tum*; *Et*, *Et*; *Vel*, *Vel*. Itaque non dices: Cicero declamabat *tam* Latine, *quam* Græce: sed *tum* Latine, *tum* Græce, *vel* Latine, *vel* Græce. Nec dices, *Tam* bona naturæ, *quam* bona fortunæ accepta referenda sunt Deo: sed bona *&* naturæ, *&* fortunæ, &c. bona *vel* naturæ, *vel* fortunæ, &c. Item, Virtus suspicitur *tum* a bonis, *tum* a malis; non *tam* a bonis, *quam* a malis; & alia eodem modo.

Tam, *quam*, cum diversis verbis.

3 Alias in comparatione cum diversis verbis copulatur. Cic. At. l. 13. ep. 20. Vellem *tam* domestica ferre possem, *quam* ista contemnere. Id. ad Q. Fr. l. 1. ep. 1. Quæ quidem non *tam* expetenda fuit, *quam* tuenda nobis est.

Tam, *quam si*.

4 Nonnunquam assumit *Quam si*. Cic. At. l. 8. ep. ult. Quicquid mali hic Pisistratus non fecerit, *tam* gratum est, *quam si* alium facere prohibuerit. Id. l. 16. ep. 1. Xenophanes hospes *tam* te diligit, *quam si* vixerit tecum. *Così ti ama, come se fosse vivuto teco.*

Admonitio.

5 *Tam*, *Quam* fere Nominibus, & Participiis adhibentur; interdum etiam verbis, nimirum cum comparatio quædam, aut

aut ſimilitudo ſignificatur. Et ſane *Tam*, & *Quam* adverbia ſunt ſimilitudinis. Significant enim *Æque ac*. Quod ſi nulla appareat comparatio, aut ſimilitudo, *Tantum*; *Quantum* cum verbis uſurpari ſolet. Lege *Tantum*, *quantum*.

Tam ut; *uti*; *ut ne*; *ut non*.

6 Sæpe adſciſcit *Ut*, vel *Uti*. Cic. l. 6. ep. 1. Neque, cum id faciebamus, *tam* eramus amentes, *ut* explorata nobis eſſet victoria. *Non eravamo sì balordi, che ec.* Id. 2. de Or. c. 90. Non eſſem *tam* inurbanus, ac pene inhumanus, ut ego eo gravarer, quod vos cupere ſentirem. *Non ſarei così mal creato, ec.*

Interdum additur *Ne*, vel *Non*. Cicer. pro Sext. c. 23. Nunquam enim erit *tam* oppreſſus Senatus, *ut* ei *ne* ſupplicandi quidem, ac lugendi ſit poteſtas. Id. At. l. 13. ep. 31. Non puto *tam* expeditum negotium futurum, *ut non* habeat aliquid moræ. *Talmente ſviluppato.*

Tam, *qui*.

7 Non raro pro *Ut* recipit *Qui*. Cic. l. 9. ep. 2. Quis eſt *tam* lynceus, *qui* in tantis tenebris nihil offendat? Id. pro Dom. c. 34. Non *tam* inſolens ſum, *qui* me Jovem eſſe dicam: non *tam* ineruditus, *qui* Minervam Jovis filiam meam eſſe ſororem exiſtimem.

Tam abſolute, pro *Adeo*.

8 Aliquando *Tam* abſolute ponitur. Cic. At. l. 6. ep. 2. Græcos reprehendit, quod *tam* mare ſecuti ſunt. Ter. And. Quandoquidem *tam*, iners, *tam* nullius conſilii ſum. *Sì da poco, ec.*

Non

Non tam ut, *Quam ut*; vel, *Ut ne*.

9 *Non tam ut*, copulatur cum *Quam ut*, & *Quam ut ne*. Cic. At. l.9. ep. 2. Eundum igitur est, *nec tam ut* belli, *quam ut* fugæ socii simus. Id. At l. 9. ep. 8. *Non tam ut* illa adjuvem, *quam ut* hæc *ne* videam, cupio discedere. Id. 2. de Or. c. 72. *Non tam ut* prosim causis, elaborare soleo, *quam ut ne* quid obsim.

Non tam causa, *quam ut*, vel *quia*.

10 *Non tam causa*, assumit *Quam ut*, vel *Quam quia*. Cic. ad Brut. ep. 15. *Neque tam* ulciscendi *causa*, *quam ut* in præsens sceleratos cives ab oppugnanda patria deterrerem. Id. Top. c. 1. *Non tam* vitandi mei laboris *causa*, *quam quia* tua id interesse arbitrabar.

Non tam propter, *quam propter*.

11 *Non tam propter*, adsciscit interdum *Quam propter*. Cic. At. l. 7. ep. 3. *Non tam propter* periculum meum, *quam propter* vitia multa, quæ ibi offendi.

Non tam quia, *quam quia*: *Non tam quod*, *quam quod*.

12 Cic. 3. de or. c. 30. De eo, *non tam quia* longum est, *quam quia* perspicuum, dici nihil est necesse. Id. pro Sext. c. 64. *Non tam* admiror, *quod* meam legem contemnat, *quam quod* &c.

Tamdiu dum; vel *quoad*.

13 *Tamdiu* plerunque adsciscit *Dum*, interdum *Quoad*. Cicer. 2. Off. 12. Tiberius enim Gracchus *tamdiu* laudabitur, *dum* memoria rerum Romanarum manebit. *Sin tanto sarà lodato*, *sin che ec.* Id. l. 9. ep.

9. ep. 12. *Tamdiu*, *dum* tu ades, sunt oblitæ sui. Id. 5. Tusc. c. 33. Corpus *tamdiu* gaudet, *dum* præsentem sentit voluptatem. Id. 1. Off. 1. Disces, quamdiu voles: *tamdiu* autem velle debebis, *quoad* te, quantum proficias, non pœnitebit. *Sino a tanto, che tu resterai contento del profitto, che andrai facendo.*

Tamdiu, *quamdiu*.

14 Sæpe assumit *Quamdiu*. Cic. At. l. 9. ep. 4. *Tamdiu* requiesco, *quamdiu* aut ad te scribo, aut tuas literas lego. *Tanto trovo di riposo, mentre che*. Id. 2. Ver. 9. Quod accusator nolit *tamdiu*, *quamdiu* liceat, dicere. Id. l. 12. ep. 19 Qui se oppido munitissimo, & copiosissimo *tamdiu* tenuit, *quamdiu* Parthi in provincia fuerunt. *Tutto il tempo che stettero*.

Tamdiu, *quam*.

15 Interdum alterum *Diu* non ponitur, sed intelligitur. Cic. in Brut. c. 1. Vixit *tamdiu*, *quam* licuit in civitate bene, beateque vivere. *Per fin che*.

Tamdiu, absolute.

16 Interdum absolute ponitur. Cic. At. 1. ep. 2. Abs te *tamdiu* nihil litterarum? Id. l. 2. ep. 1. Ego te abfuisse *tamdiu* a nobis doleo.

Tam multum, *Tam valde*.

17 Jungitur nonnunquam cum adverbiis *Multum*, & *Valde*. Cic. 6. Ver. 43. Tametsi non *tam multum* in istis rebus intelligo, quam multa vidi. *Non m' intendo tanto di coteste cose, per molte che io n' abbia vedute*. Id. 5. de Fin. c. 11. *Tam valde* perhorrescere,

CA-

CAPUT CLXXXVII.

De Conjunctione TAMEN.

Tamen, præpositum.

1 ETsi *Tamen* plerunque subjicitur, cum antecedit *Etsi*, vel aliquid ejusmodi, interdum tamen præponitur. Cic. At. l. 5. ep. 17. Non *tamen*, etsi hoc te ex aliis audire malo, sic in provincia nos gerimus. *Non però*. Ubi *Tamen* non pendet ab *Etsi*, sed refertur ad ea, quæ proxime antecedunt, quod idem usuvenit in subjectis exemplis.

Tamen, *sed*, *certe*, *sed certe*.

2 Nonnunquam cum *Sed*, *Certe*, *Sed certe* copulatur. Cic. At. l. 6. ep. 2. Pro Appio nos hic omnia faciemus, honeste *tamen*, *sed* plane libenter. Id. Fam. 1. ep. 7. Quem *tamen* illi esse in principibus facile sunt passi, evolare altius *certe* noluerunt. Id. At. l. 1. ep. 9. Neque sum mediocriter commotus, neque *tamen* credidi, *sed certe* aliquid sermonis fuit.

Tamen in principio.

3 Non raro in principio collocatur. Cic. l. 9. ep. 19. init. *Tamen* a malitia non discedis. *E pure stai sulla malizia*.

Tamen ne, interrogantis, & urgentis.

4 *Tamen ne* interrogando instat. Cic. 7. Ver. 8. Quid si ab Apollonio aliquid commissum est, quamobrem jure in eum animadverteretur, *tamen ne* hanc rem sic agemus,

mus, ut crimini, aut invidiæ reo putemus esse oportere? *Con tutto ciò*. Id. pro Quin. c. 25. Verumtamen quid si, inquit, habet ejusmodi causam, ut, &c. *tamen ne* vereris, ut possis hæc contra Hortensium contendere? Id. pro Do. c. 19. Quid si pluribus de rebus uno sortitu retulisti? *tamen ne* arbitraris id te posse obtinere? *Per anco pensi?* Id. l. 1. de Nat. Deor. c. 29. *Tamen ne* ista tam absurda defendes? *Con tutto ciò pur le difenderai*.

CAPUT CLXXXVIII.

De Conjunctione TAMETSI.

1 T*Ametsi*, idem declarat quod *Etsi*. Itaque adsciscit *Tamen*. Cic. Att. l. 9. ep. 9. *Tametsi* jactat ille quidem suum arbitrium; *tamen* habet quiddam profecto, quod magis in animo ejus insedit. Id. l. 3. ep. 4. Meum studium erga te, & officium *tametsi* multis jam rebus spero esse cognitum; *tamen* in his maxime declarabo.

Tametsi, absolute.

2 Interdum absolute ponitur, omisso *Tamen*, quod idem de *Quanquam*, atque *Etsi* supra diximus. Cic. l. 3. ep. 7. *Tametsi* id quidem fecerunt ridicule. Id. At. l. 2. ep. 4. Facito, ut sciam; *tametsi* nimis sum curiosus. *Benchè io sono*.

CAPUT CLXXXIX.

De Adverbio TANDEM.

Tandem, instantis.

1 TAndem, proprie quidem est adverbium temporis: verum sæpe vim habet instandi vehementius. Cic. 1. Cat. 1. Quousque *tandem* abutere Catilina patientia nostra? *Sin'a quando mai?* Id. pro Flac. c. 10. Utrum hic *tandem* disceptationem, & cogitationem veritatis, an innocentiæ labem aliquam, aut ruinam fore putatis? Id. 1. de N. Deor. 38. Hoc per ipsos Deos, de quibus loquimur, quale *tandem* est? Id. pro Rab. Posth. Quod genus *tandem* est istud ostentationis, & gloriæ? *Che sorta mai è questa di vantarsi?* Id. 2. Cat. 1. Quo *tandem* illum mœrore afflictum, & profligatum putatis? Id. l. 1. de Leg. 1. Quorsum *tandem*, aut cur ista quæris? *Per qual rispetto mai?* *Tandem aliquando*. Vide *Aliquando* c. 15. 4.

CAPUT CXC.

De Adverbio TANQVAM.

1 TAnquam sæpe adverbium est similitudinis. Cicer. in Vat. 2. Repente enim, *tanquam* serpens, te e latibulis intulisti. Id. in Brut. c. 18. Odyssea Homeri est *tanquam* opus aliquod Dædali. Id. de Sen. c. ult. Ex ista ita discedo, *tanquam* ex hospitio, non *tanquam* ex domo,

mo. Id. 2. Phil. 41. Ut istum, *tanquam* si consul esset, salutarent. *Come se*.

Tanquam, cum *Sic*, vel *Ita*.

2 *Tanquam* sæpe jungitur cum *Sic*, interdum cum *Ita*. Cic. pro Do. 2. Crebra *tanquam* tempestatum, *sic* sententiarum commutatio. Id. 5. Tusc. 5. *Tanquam* levia quædam vina nihil valent in aqua, *sic* Stoicorum ista gustata magis, quam potata delectant. Id. pro Rosc. Am. c. 32. *Tanquam* si offusa reip. sempiterna nox esset, *sic* ruebant in tenebris. Liv. l. 4. c. 6. *Tanquam* de regno dimicaretur, *ita* concurrerunt.

Admonitio.

3 In comparationibus, & similitudinibus Cicero *Tanquam* usurpat libentius quam *Velut*.

CAPUT CXCI.

De Adverbio TANTISPER.

1 T*Antisper* est *parvo tempore*. Plaut. Aul. 4. 5. *Tantisper* hic ego ad januam concessero. *Per un tantino di tempo*. Cic. pro Cæc. c. 10. Cogitare *tantisper* de aliquo reo.

Tantisper, *dum*.

2 Interdum adsciscit *Tum*. Cic. l. 9. ep. 2. Censeo latendum *tantisper* ibidem, *dum* defervescat hæc gratulatio. *Per qualche poco di tempo*, *finchè*. Plaut. Truc. Prol. *Tantisper dum* transigimus hanc comœdiam. *Per quanto spediamo*. Id. Most. 3. 1. Ego hic *tantisper*, *dum* exit, te opperiar

foris. *Frattanto, ch' egli esca fuori, t' aspetterò quì*.

CAPUT CXCII.

De Nomine TANTUS, & Adverbiis hinc ortis.

Tantus, quantus.

1 Tantus adsciscit *Quantus*, idque vel uno duntaxat verbo copulatum, vel duobus diversis, vel eodem iterato. Cic. l. 5. ep. 8. *Tanta* contentione decertavi, *quanta* nunquam antea in ulla causa. Id. 4. Phil. 1. Frequentia vestrum incredibilis, Quirites, concioque *tanta*, *quantam* meminisse non videor. Id. de Am. 6. Amicitia *tantas* opportunitates habet, *quantas* non queo dicere. Id. At. l. 5. ep. 20. Ego in vita mea nulla unquam voluptate *tanta* sum affectus, *quanta* afficior hac integritate.

Tantus, quantus maximus.

2 Interdum assumit *Quantus maximus*. Cic. de Sen. 12. Fingere animo aliquem jubebat, *tanta* incitatum voluptate corporis, *quanta* percipi posset *maxima*. *La maggior, che si possa immaginare*, Id. de Am. 20. *Tanta* est inter eos, *quanta maxima* potest esse morum, studiorumque dissensio. *Vi è il maggior disparere, che possa essere*.

Tantus ut.

3 Nonnunquam assumit *Ut*. Cic. de Am. 8. *Tanta* vis probitatis est, *ut* eam etiam in hoste diligamus. Id. At. l. 2. ep. 21.

Tantus fuit amor, *ut* exhauriri nulla posset injuria.

Tantus qui.

4 Interdum pro *ut* assumit pronomen *qui*. Cic. Fam. 15. ep. 11. Nihil est *tantum, quod* ego non tua causa debeam. Id. pro Syl. c. 2. Statuerunt *tantum* illud esse maleficium, *quod* &c.

Tantus qui, pro *Tantus quantus*.

5 *Tantus qui* pro *tantus quantus* elegans est. Cic. Fam. 2. ep. 10. *Tantum* modo ut haberem negotii, *quod* esset ad laureolam satis.

Tantum, quantum.

6 *Tantum, quantum* non est idem quod *Tam, Quam*, sed *Tam multum, quam multum*. Itaque non cum nominibus, & participiis, sed cum verbis usurpari solet. Lege *Tam, quam*. *Tantum* autem, & *quantum* copulantur tum verbo uni, tum duobus diversis, tum eidem iterato. Cic. l. 4. ep. 6. Gratia *tantum* possumus, *quantum* victi. Id. l. 5. ep. 13. Tecum ero *tantum, quantum* patietur utriusque ætas. Id. l. 13. ep. 22. Si huic commendationi meæ *tantum* tribueris, *quantum* cui tribuisti plurimum. Id. At. l. 2. ep. 23. Si me amas *tantum, quantum* profecto amas.

7 Aliquando *tantum*, & *quantum* nominibus jungitur, sed poetica licentia. Virg. 4. Geor. v. 101. Nec *tantum* dulcia, *quantum* & liquida.

8 Interdum pro *Tantum, Tantundem* dicitur. Cic. 5. Ver. 87. Magistratibus *tantundem* detur in cellam, *quantum* semper datum sit.

Tantum ut, uti, uti ne.

9 T*antum* assumit *Vt*, *Vti*, *Vti ne*. Cic. de Sen. 11. T*antum* cibi, ac potionis adhibendum, *ut* reficiantur vires, non opprimantur. Cæs. 4. de Bel. Gal. 16. 7. T*antum* esse nomen, atque opinionem exercitus Romani, *uti* etiam ad ultimas Germanorum regiones, &c. Id. l. 3. de bel. Civ. c. 56. T*antumque* a valle ejus prima acies aberat, *uti ne* in eam tela, tormentave adigi possent.

T*antum* de numero.

10 T*antum* adverbiis ad numerum pertinentibus optime conjungitur. Cic. 5. Ver. c. 43. *Sexies tantum*, quam quantum satum est. *Sei volte altrettanto*.

T*antum* adverbium absolute.

11 Interdum absolute ponitur. Cic. ad Qu. Fr. l. 1. ep. 1. Præsertim cum hi mores *tantum* jam ad nimiam levitatem, & ambitionem incubuerint. T*anto forte si sian piegati*.

T*antus*, T*antum*; & T*antundem* absolute.

12 T*antus*, T*antum*, & T*antundem* interdum absolute ponuntur. Cic. 3. de Nat. Deor. c. 38. Urbs *tanta*, & talis. Id. 1. N. D. 21. T*antum* ingenium in tam leves sententias incidisse. Id. 1. Tusc. c. 43. Vndique ad inferos *tantundem* viæ est. *D' ogni intorno vi è altrettanta strada*.

T*antus*, & T*antum*, in Epiphonemate.

13 Interdum in Epiphonemate adhibentur. Cic. l. 11. ep. 8. Vltro se offerent omnes:

omnes : *Tantus* ardor omnium animos occupavit . Id. de Sen. c. 13. Deducebatur cereo funali , & tibicine: *Tantum* licentiæ dabat gloria .

Tantulum Adverbium .

14 *Tantulum* vim habet extenuandi. Cic. 4. Ver. 50. Quorum oratione ne *tantulum* quidem commotus est . *Ne pur un tantino*. Id. pro Rosc. Am. 40. Num is discipulus magistro *tantulum* de arte concedit ? Id. 7. Ver. 68. Si quis *tantulum* de recta regione deflexerit .

Tantulus nomen , cui *Quantulus* opponitur .

15 Cic.2.Tusc. *Tantulum* malum . Id.4. V.38. Si *tantulum* moræ fuisset , quo minus ei pecunia numeraretur . *Se si fosse tardato un tantino* . Id. At. l. 1. ep. 11. Vt huic *tantulæ* epistolæ vix tempus habuerim. *Per queste quattro righe* .

Tantum abest , ut . *Tantum abest ut* cum *Vix* , vel *Etiam* .

16 *Tantum abest* , jungitur cum *Vt* ; Interdum assumit *Vix* , aut *Etiam* . Cic. 1. Off. 14. *Tantum abest* ab officio , *ut* nihil officio magis possit esse contrarium . Idem At. l. 13. ep. 21. *Tantum* porro *aberat* , *ut* binos scriberent; *vix* singulos confecerunt. *Tanto erano lontani da scriverne due per uno, che appena ne compirono uno* . Id. 5. Fin. 20. Qua in vita *tantum abest* , *ut* voluptates sectentur : *etiam* curas , solicitudines , vigilias perferunt . *Tanto sono lontani da cercar diletti , che d'avvantaggio* .

Tantum abest ut, cum *Vt maxime*, *Vt etiam*, *Vt valde*.

17 *Tantum abest ut*, adſciſcit interdum *Vt maxime*, *Vt etiam*, *Vt valde*, & alia ejuſmodi, pro varia ratione verbi, quod afficiunt. Cic. 2. Acad. 9. *Tantum abeſſe* dicebat, *ut* id conſentaneum eſſet; *ut maxime* etiam repugnaret. Id. At. l. 7. ep. 3. *Tantum abest*, *ut* ille meam ſententiam moveat, *ut valde* ego ipſi, quod de ſua ſententia diſceſſerit, pœnitendum putem. Id. in Orat. c. 68. *Tantum abest*, *ut* enervetur oratio, *ut aliter* in ea, nec impetus ullus, nec vis eſſe poſſit. Id. ad Brut. ep. 6. *Tantum abest*, *ut* Panſa de exercitu ſuo tibi aliquid tribuat, *ut etiam* moleſte ferat, tam multos ad te ire voluntarios.

Tantum Adverb. & *Tantummodo* pro *Solum*, vel *Dumtaxat*.

18 Sæpe pro *Solum*, aut *Dumtaxat* uſurpatur. Cic. Par. 2. Nomen *tantum* virtutis uſurpas, quid ipſa valeat, ignoras. Verum interdum adſciſcit *Modo*. Cic. 2. de N. Deor. 32. Arbores *tantummodo* per ſtirpes aluntur ſuas. Id. 3. de Or. Neque eum Oratorem *tantummodo*, ſed hominem non putant. Id. pro Syl. c. 10. Quæ omnia ſuppreſſa voce dixit, *tantummodo* ut vos, qui ea probaretis, poſſetis exaudire.

Tantum cum *Dico*, *Video*, *Scio*, aut aliis.

19 Sæpe *Tantum* jungitur cum *Dico*, *Video*, *Scio*, & aliis, ſi modo præceſſerit negatio. Cic. At. l. 10. ep. 4. Qualis fuerit, non audeo dicere, *tantum ſcio*, poſt &c. Id.

Id. l. 9. ep. 18. Cujusmodi sunt nescio; *tantum video*, nullius adhuc consilia, &c. Id. At. l. 11. ep. 7. *Tantum dicam*, nihil mihi gratius esse, quam quod eam diligis. Id. At. l. 3. ep. 5. *Tantum* te *oro*, ut &c.

Non tantum pro *Non solum*.

20 Cic. 1. de Or. 53. *Non tantum* parum commode, sed etiam turpiter. Liv. l. 37. c. 7. Dare vere pacem, *non tantum* ostendere volunt. Vide caput 112. n. 13. de particula *Non*.

Tantum cum.

21 *Tantum* cum particula *cum* pro *vix* usurpatur. Cic. l. 6. Fam. ep. 23. *Tantum* ex Arpinati veneram, *cum* mihi a te litteræ redditæ sunt.

Tantum non pro *Hoc solum defuit*. μονονουχὶ.

22 *Tantum non* est *Hoc solum defuit*. Liv. l. 4. c. 2. Et cum hostes *tantum non* lacessierint, exercitus conscribi adversus hostes non patiantur. Id. l. 27. c. 29. Ut vidit non posse æquare ordinem Romanos, & *tantum non* jam circumiri a dextero cornu, concitat naves. Idest *prope circumiri*. *Non mancava, se non che fossero tolti in mezzo*. Suet. Tiber. *Tantum non* statim a funere ad negotiorum consuetudinem rediit. *Sol questo ci restò*.

Tantum quod non.

23 Interdum interponitur *Quod*. Cic. 3. Ver. 45. *Tantum quod* hominem *non* nominat. Id. 5. Ver. 53. *Tantum quod* aratoribus obsides *non* dedit. *Sol questo ci mancò, che*.

Tantum quod sine negatione.

24 *Tantum quod* pro *vix*, rarum est. Sueton. Aug. c. 63. Tantum quod pueritiam egresso. Id. Ner. c. 6. Tantum quod ex oriente sole.

Tanti est pro *Expedit*.

25 *Tanti est* pro *Expedit* eleganter ponitur. Cicer. 6. Verr. 12. Hic tibi in mentem non venit jubere, hæc quoque ut referret, &c. *Fuit tanti*, mihi crede: haberes, quod defenderes. *Ti metteva conto. Ti tornava bene*. Id. 2. Cat. c. 7. *Est* mihi *tanti*, Quirites, hujus invidiæ falsæ, & iniquæ tempestatem subire, dummodo a vobis hujus horribilis belli periculum depellatur. *Mi contento*.

Nihil tanti est pro *Non expedit*.

26 *Nihil tanti est* pro *Non expedit*, aut *Non tanti faciendum est*, elegantissime dicitur. Cic. At. 2. ep. 13. Juratus tibi possum dicere, *nihil esse tanti*. *Che non mette conto*. *Non torna bene*. Id. At. 13. ep. 40. Nunc mihi *nihil tanti est*; faciam, quod volunt. *Non ne fo tanto conto*. *Non me ne curo*. Id. At. 5. ep. 8. *Nihil* nobis *fuerat tanti*.

Nihil tanti est cum *Ut*, vel *Quo*.

27 Interdum adhibetur *Ut*, vel *Quo*. Cic. At. 12. ep. 3. *Nihil* tamen *tanti*, *ut* a te abessem, *fuit*. *Non ne feci tanta stima, che io volessi perciò star lontano da te*. Id. pro R. Com. 8. Tibi Piso certe *tanti non fuisset*, *ut* socium fraudares. Id. l. 8. ep. 14. *Tanti non fuit* Arsacen capere, *ut* earum rerum, quæ hic gestæ sunt, spectaculo care-

re-

reres. Id. ep. ad Brut. 16. *Nihil tanti fuit, quo* venderemus fidem nostram.

CAPUT CXCIII.

De Adverbio TANTOPERE.

1 T*Antopere*, ex *tanto* & *opere* conflatum est. Cic. pro Mur. c. 20. Istud nescio quid, quod *tantopere* didicisti.

Vsurparur pro *tantum*. Cic. pro Qu. c. 1. Neque hoc *tantopere* querendum videretur, hæc summa in illis esse, si in nobis essent saltem mediocria.

T*antopere*, *quantopere*; T*antopere*, *ut*.

2 Assumit autem interdum *Quantopere*, vel *Vt*. Cic. 1. de Or. c. 35. Neque enim *tantopere* hanc a Crasso disputationem desiderabam, *quantopere* eius oratione in causis delector. Id. 1. Off. 11. In quo *tantopere* apud nostros culta justitia est, *ut*, ii, qui, &c.

CAPUT CXCIV.

De Adverbio TEMERE.

T*Emere* est quod minus eleganter dicitur *Casu*. Cic. 1. Tusc. 49. Non enim *temere*, nec fortuito facti, & creati sumus. Id. l. 2. ep. 7. Non scribo hoc *temere*; cui scribam, video. *Non scrivo questo a caso*. Id. pro Font. c. 1. Audacter hoc dico, non *temere* confirmo. *Non senza perche*.

Non temere est.

2 *Non temere est*. Terentianum est. Heaut. 4. sc. 1. Nescio quid tristis est, *non temere est*,

Non è ciò per niente. Id Phorm. 5. sc. 9. *Non temere est*, quod tutam times. *Non senza perchè*. Barbari dicunt, *Non sine quare*.

CAPUT CXCV.

De Pronom. TOT, & TOTIDEM.

Tot, quot; Tot, ut.

1 Tot fere assumit vel *Quot*, vel *Ut*. Cic. 2. de Or. c. 32. *Quot* homines, *tot* causæ. Id. At. l. 4. ep. 8. Quid miserius, quam eum, qui *tot* annos, *quot* habet, designatus Consul fuerit, fieri Consulem non posse? Id. l. 5. ep. 20. Quæ cum viderem *tot* vestigiis impressa, *ut* in his errari non posset, non adscripsi &c.

Tot, absolute.

2 Interdum absolute ponitur. Cic. pro Cœl. 28. *Tot* viri, ac tales. Id. 4. Ver. 5. *Tot*, & tantæ, & tam graves civitates. *Tante, e sì grandi*.

Admonitio.

3 *Tot* ad numerum, *Tanti* ad magnitudinem referuntur.

Totidem, quot.

4 *Totidem* adsciscit *Quot*. Cic. de opt. gen. or. 2. Sententiarum autem *totidem* genera sunt, *quot* diximus esse gradus oratorum. Id. in Brut. 96. *Totidem*, *quot* dixit, ut ajunt, verbis scripta oratio. Id. in Orat. 17. Vocis mutationes *totidem* sunt, *quot* animorum. *Altrettante sono, quante*.

Totidem absolute.

5 Nonnunquam absolute ponitur. Cic. At. l. 6. ep. 2. Illum ego locum *totidem* verbis

bis a Dicæarcho transtuli. Id. 1. Fin. 31. Quam epistolam modo *totidem* verbis interpretatus sum. *Con altrettante parole.* Id. 2. Div. 43. Gemini fratres fuerunt: at hi non *totidem* annos vixerunt. *Non tanti anni visse l' uno, quansi l' altro.*

CAPUT CXCVI.
De Adverbio TOTIES.
Toties absolute.

1 TOties plerumque absolute ponitur. Cic. 4. Ver. 60. Tot prætores in Sicilia fuerunt, *toties* apud majores nostros Siculi Senatum adierunt, *toties* hac memoria; tamen &c. Id. 7. Ver. 15. Non ipsa præconis voce excitatus es? qui te *toties* juniorum, seniorumque centuriis illo honore affici pronuntiavit. Id. At. l. 7. ep. 12. Interim velim mihi ignoscas, quod ad te scribam tam multa *toties*.

Toties, quoties.

2 Interdum assumit *Quoties*. Cic. l. 7. ep. 7. Illud soleo mirari non me *toties* accipere tuas litteras, *quoties* a Q. Fr. mihi afferuntur. *Che io non riceva tue lettere ogni volta che.* Id. in Or. c. 59. Ante condemnentur ii, quorum causas receperimus, quam *toties*, *quoties* præscribitur, Pœanam, aut Munionem citarimus.

CAPUT CXCVII.

De Adverbio TUM.

Tum pro *Tunc*.

1 TUm pro *Tunc* usitatissimum est. Cic. pro Quin. c. 24. *Tum* mihi Roscius, & alia multa, confirmandi mei causa, dixit. Id. 1. de Nat. Deor. c. 34. Non eos solum, qui *tum* erant, figebat maledictis.

Admonitio.

2 Cicero quidem libentius usurpat *Tum* quam *Tunc*.

Tum, cum *Nunc*.

3 Sæpe confertur cum *Nunc*. Cic. de Am. 1. *Tum* est Cato locutus, *nunc* Lelius. Id. At. l. 9. ep. ult. *Tum* enim eramus in maxima spe; *nunc* ego quidem in nulla. Id. At. l. 9. ep. 6. Nisi forte hæc illi *tum* arma dedimus, ut *nunc* cum bene parato pugnaremus.

Tum cum, *cum jam*.

4 Sæpe etiam assumit *Cum*, vel *Cum jam*. Cic. 2. Phil. 44. Qui *tum* Rex fuit, *cum* Romæ regnare licebat. *Allora quando*. Id. in Part. Cui *tum*, *cum jam* in armis essemus, Consulatus, tamen, & triumphus amplissimus deferebatur.

Tum maxime cum; *Tum denique cum*; *Tum denique posteaquam*.

5 Interdum augendi causa *Maxime* aut *Denique* adiicitur. Cic. de Am. 19. Fructus enim ingenii, & virtutis *tum maximè* capitur, *cum* in proximum quemque confertur.

tur. *Allora più che mai*. Id. 2. de Leg. Quæ non *tum denique* incipit lex esse *cum* scripta est; sed *cum* orta est. Id. l. 5. ep. 12. Qui *tum denique* sibi avelli jubet spiculum, *posteaquam*, &c.

Tum, *Tum denique*, *Tum demum*, cum *Si*. τότε, δή.

6 *Tum*, *Tum denique*, *Tum demum* nonnunquam cum *Si* copulantur. Cic. Fam. 6. ep. 12. Quæ ipsa *tum* esset jucundior, *si* ulla res esset publica. *In tal caso*, *se*. Id. pro Marc. c. 8. Sed *tum* id audirem, *si* tibi soli natus esses. Id. ad Qu. Fr. l. 1. ep. 1. Plato *tum denique* fore beatas resp. putavit, *si* aut docti, &c. *Allora*, *quando*. Id. pro Lig. c. 3. Qui mihi *tum denique* salutem se putavit reddere, *si* eam nullis spoliatam ornamentis reddidisset. Plaut. Men. sc. 2. *Tum demum* sciam recte monuisse, *si* tu recte caveris.

Tum vero, *Tum demum*, *Tum denique* absolute.

7 Cic. pro Cluen. c. 5. *Tum vero* illa egregia, ac præclara mater exultare letitia, ac triumphare gaudio cœpit. Quod Demosthenes diceret: τότε δή, τότε. *Allora sì*. Liv. l. 2. c. 20. *Tum demum* impulsi Latini, perculsaque inclinavit acies. *Allora finalmente*. Id. l. 2. c. 29. Utraque re satis experta, *tum demum* Consules, &c. Cic. 2. Ver. 10. Ita prope quadraginta diebus interpositis, *tum denique* se ad ea, quæ a nobis dicta erunt; responsuros esse arbitrantur.

Tum, pro *Deinde*.

8 *Tum* interdum pro *Deinde* usurpatur. Cic. l. 5. ep. 13. Casus gladiatorii, similitudinesque eæ, *tum* rationes in ea disputatione a te collectæ vetabant, me reip. penitus diffidere. Id. 1. de N. D. c. 16. Cum poetarum errore conjungere licet portenta magorum, Ægyptiorumque in eodem genere dementiam, *tum* etiam vulgi opiniones.

Tum, & *tum etiam* pro simplici *&*. Cic. de Off. l. 1. c. 31. Omnino, si quicquam est decorum, nihil est profecto magis, quam æquabilitas universæ vitæ, *tum* singularum actionum. Livius l. 6. 1. In civitate plena religionum, tum etiam &c.

Tum geminatum.

9 Interdum iteratur pro *Modo*, *Modo*. Cic. 1. de Nat. D c. 20. Nunquam ab sole longius discedit *tum* antevertens, *tum* subsequens. *Or precedendo, or seguitando.* Id. Top. *Tum* hoc, *tum* illud dixit *Or questa cosa, or quella. Or una, or altra cosa.* Id. At. 9. ep. 4. Differo in utranque partem *tum* Grecæ, *tum* Latine. *Ora in Greco, ora in Latino.* Id. 2. de N. D. c. 39. Isque *tum* fusus, & extenuatus in sublime fertur; *tum* autem concretus in nubes cogitur; *tum* effluens huc & illuc ventos efficit. Id. 2. de N. D. c. 40. Stellarum motus *tum* incitantur, *tum* retardantur, sæpe etiam insistunt.

10 Alias pro *Et*, *Et*. Cic. At. l. 9. ep. 4. Scripsisti epistolam ad me plenam consilii, summæque *tum* benevolentiæ, *tum* etiam prudentiæ. *D'una somma così benevolen-*

volenza, come ancora prudenza.

Quid tum? E che?

11 *Quid tum* respondentis est, & instantis. Cic. 2. Phil. c. 8. Cedant arma togæ, *Quid tum?* Nonne cesserunt? Ter. Eun. a. 2. sc. 3. Vestem? *Quid tum* postea?

CAPUT CXCVIII.

De Adverbio VBI.

Vbi pro *In quo*, vel *In qua*.

1 UBi, adverbium loci, sæpe usurpatur pro *in quo*, vel *in qua*. Cic. l. 4. ep. 4. Vt is cuique locus, *ubi* ipse sit, miserrimus esse videatur. Id. l. 6. ep. 1. In ea urbe natus es, *ubi* nata, & alta est ratio, ac moderatio vitæ. Id. 2. de Or. 5. Porticus hæc ipsa, *ubi* inambulamus.

2 Accommodatur etiam ad personas, & ad numerum multitudinis. Cic. pro Qu. c. 9. Neque nobis adhuc, præter te, quisquam fuit, *ubi* nostrum jus contra illos obtineremus. Id. in Or. 44. In his sermonibus, qui Dialogi dicuntur, *ubi* etiam de industria id faciendum fuit. pro, *in quibus*.

Vbi terrarum, *Vbi gentium*.

3 *Vbi terrarum*, *Vbi gentium* amplificationem continent. Cic. At. l. 5. ep. 10. Quid ageres, *ubi terrarum* esses, ne suspicabar quidem. Id. pro Rab. Posth. 13. *Vbi terrarum* sumus? *In che paese siam noi?* Plau. Merc. 2. 3. *Vbinam* est is homo *gentium*? *Fra quali genti si ritrova costui?*

Vbi, *Ibi*. *Vbi*, *Istic*.

4 *Vbi* interdum cum *Ibi*, vel *Istic* copulatur. Cic. l. 6. ep. 3. Tempus est hujusmodi,

di, ut *ubi* quisque sit, *ibi* esse minime velit. Id. l. 1. ep. 10. *Ibi* malis esse, *ubi* aliquo numero sis, quam *istic*, *ubi* solus sapere videare.

Ubi pro *postquam*.

5 Sæpe etiam *Ubi* pro *postquam* usurpatur. Cic. in Pis. 27. *Ubi* Galli cantum audivit. Id. pro Rab. Posth. c. 13. *Ubi* semel quis pejeraverit, ei credi postea, etiamsi per plures Deos juret, non oportet. *Com' una volta uno, &c.*

Ubi cum *Tum*, *Tum demum*, *Tum denique*.

6 Interdum adsciscit *Tum*, *Tum demum*, *Tum denique*. Cic. 6. Ver. 63. *Ubi* dolorem ex illius injuriis cognovi, &c. *tum* eos hortatus sum, ut &c. *Quando io conobbi, allora*. Plaut. Pæn. a. 1. sc. 1. *Ubi* exposuero magis, hoc *tum demum* dices; nunc enim rude est. Cato cap. 45. rust. *Ubi* trimæ sunt, *tum denique* maturæ sunt. *Quando sono di tre anni, allora sì, che son mature.*

Ubi cum *Statim*, *Continuo*, *Ibi*. *Ibi vero*.

7 Alias assumit *Statim*, *Continuo*, *Ibi*, *Ibi vero*. Cic. 3. Ver. 26. Hæc *ubi* filio nunciata sunt, *statim* exanimatus ad ædes contendit. *Come venne questa nuova al figliuolo, incontanente*. Teren. Heaut. 2. 3. *Ubi* aperuit ostium, *continuo* hic se conjicit intro. *Subito, che aprì l'uscio, ec.* Id. And. 2. 2. *Ubi* te non invenio, *ibi* ascendo in quendam excelsum locum. Liv. l. 3. c. 69. In senatum *ubi* ventum est, *ibi vero* in Quintium omnes versi.

Vbi, tunc vero.

8 Particulæ *ubi* egregiæ respondet *tunc vero*. *Allora si*. Liv. l. 20. c. 8. *Vbi* convenerunt, *tunc vero* Philomenus, &c.

Vbi cum *Quamprimum*, *Illico*, *Subito*, *Extemplo*.

9 Nonnunquam jungitur cum *Quamprimum*, *Illico*, *Subito*, *Extemplo*. Cat. c. 64. Olea *ubi* matura erit, *quamprimum* cogi oportet. Plaut. Amph. 1. 1. Hæc *ubi* legati pertulere, castris *illico* producit omnem exercitum. *Subito che i Legati, &c.* Cæs. l. 1. de B. G. *Vbi* Cæsaris castra posita animadvertere, sese *subito* proripiunt. Plaut. Epid. *ubi* erit otium, revertere ad me *extemplo*. *Come tu avrai tempo, tornatene da me subito*.

10 Eandem regulam sequuntur adverbia his cognata, *confestim*, *protinus*, *repente*.

Ubi primum cum *Tum*, *Illico*.

11 *Ubi primum* jungitur cum *Tum*, aut *illico*. Cat. c. 17. *Vbi primum* incipiunt hiscere, *tum* legi oportet. *Subito, che cominciano ad aprirsi, allor si deon cogliere*. Plaut. Menæch. a. 4. sc. 2. *Vbi primum* est licitum, *illico* properavi abire de foro.

12 Eodem modo construitur cum *extemplo*, *continuo*, *protinus*, quæ ab *illico* parum aut nihil differunt.

Ubinam, *Ubinam gentium*.

13 *Vbinam*, & *Vbinam gentium* vim habent augendi. Cic. 1. de N. D. c. 10. In qua non video *ubinam* mens constans, & vita beata possit insistere, *Dove mai*. Id. 1. Cat. 4. O Dii immortales, *ubinam gentium* sumus?

Vbivis, *Vbivis gentium*, *Vbicumque*, *Vbicumque gentium*, *Vbi ubi*.

14 *Vbivis*, *Vbicumque*, *Vbi ubi* eamdem pene vim habent. Cic. Fam. 5. ep.1. Nemo est, quin *ubivis*, quam ibi, ubi est, esse malit. Id. At. l. 14. ep. ult. Qui mihi videntur, *ubivis* tutius, quam in Senatu, fore. *In qualsivoglia altro luogo*. Ter. Hec. a.3. sc.1. Quanto fuerat præstabilius, *ubivis gentium* agere ætatem, quam huc redire? Cic. 7. Ver.67. Omnes cives Romani, & qui adsunt, & qui *ubicumque* sunt, vestram severitatem desiderant. *Dovunque si trovano*. Id. 2. Phil. 44. Qui *ubicumque* terrarum sunt, ibi est omne Reip. præsidium. Id. 1. de Nat. Deor. c. 44. Nihil est virtute amabilius, quam qui adeptus erit, *ubicumque* erit *gentium*, a nobis diligetur. Id. 1. Tusc. 29. Nunc, *ubi ubi* sit animus, certe quidem in te est. *Siasi dove si voglia*.

CAPUT CXCIX.

De Conjunctione VEL.

Vel vel pro *Tum tum*.

1 *VEl* iteratum pro *tum tum* usitatissimum est. Cic. de Or. 58. Res rusticas *vel* fructus causa, *vel* oblectationis invisere. Id. in Brut. c. 96. Multorum *vel* honori, *vel* periculo inservire.

Vel vel disjunctivè.

2 Interdum tamen disjunctive usurpatur. Cic. ad Qu. Fr. l. 2. ep. 6. Sunt ista quidem *vel* magna, *vel* potius maxima.

Vel sæpius iteratum.

3 Non-

3 Nonnunquam sæpius iteratur. Ter. Eun. 2. 3. Hanc tu mihi *vel* vi, *vel* clam, *vel* precario fac tradas. Cic. pro Lig. c.3. Cujus ego industriæ faveo, *vel* propter propinquam cognationem, *vel* quod ejus ingenio delector, *vel* quod, &c.

Vel pro *præsertim*.

4 *Vel* usurpari videtur pro *præsertim* in exemplis, quæ sequuntur. Cic. l. 7. ep. 15. Quam sint morosi, qui amant, *vel* ex hoc intelligi potest. *Da questo, se non da altro*. Id. At. lib. 14. ep. 16. Occupationum mearum *vel* hoc signum erit, quod litteræ sunt librarii manu. *Questo segno te ne sia, se non altro*.

Vel quod in principio, indignantis.

5 *Vel quod* in principio, sæpe indignationem continet. Cic. pro Flac. c. 19. *Vel quod* est in eodem decreto scriptum, homines clarissimos civitatis amplissimis honoribus usos, hoc Prætore circumventos. *Oh questo ci mancava, che, ec.* Id. ibid. c. 33. *Vel quod* ait Lucejus L. Flaccum sibi dare cupisse, ut &c. *Volete la più bella? che*. Sed hæc non temere, nec omnibus imitanda sunt.

Vel pro *Saltem*.

6 *Vel* non raro usurpatur pro *saltem*. Ter. Phor. a. 2. sc. 1. Postremo si nullo alio pacto, *vel* fœnore. *Almeno con usura, se non altrimenti*.

Vel pro *Etiam*.

7 Alias pro *Etiam*. Cic. 3. de Leg. 10. Nam isto modo *vel* Consulatus vituperabilis est, *Ancora il Consolato per mia fe*. Id. 4. Acad.

Acad. 29. Per me *vel* stertas licet, non modo quiescas. *Quant' a me tu puoi ancora, ec.* Id. pro Rosc. Am. 30. *Vel* illo asperrimo Judice quærente.

Vel cum superlativo.

8 Sæpe autem Superlativo gaudet. Cic. 1. de Nat. Deor. c. 23. Sophistes temporibus illis *vel maximus*. *Per mia se maggior di tutti*. Id. in Or. 26. Hoc in genere nervorum *vel minimum*, suavitatis autem *vel plurimum*. Id. 2. Ver. 16. Viderit adhuc post legem Tribunitiam unum Senatorem *vel tenuissimum* esse damnatum. *Un solo, il più meschino che vi fosse*.

Vel maxime, *vel optime*.

9 Cic. in Or. 26. Cum id certe sit *vel maxime* Atticum. *Più che altra cosa, che sia*. Id. 1. de Or. 8. Hoc uno præstamus *vel maxime* feris. Id. 1. Fin. 2. Cum Sophocles *vel optime* scripserit.

Admonitio.

10 *Vel* pro *Etiam* affirmandi dumtaxat usurpatur, nam negando *Ne quidem* adhiberi solet, una, aut altera voce interposita, *Ne tu quidem*, *Ne ille quidem*, & alia ejusdem modi.

CAPUT CC.

De Adverbio VELUT.

Velut pro *Sicut*. ὡς, ὥσπερ.

1 VElut adverbium similitudinis. Liv. l. 1. c. 51. Moram suam hesternam *velut* quadam Deorum providentia illatam ait. Cic. de Arusp. resp. c. 4. Si cona-

bitur; ejus conatum refutabo; *velut* hesterna die. *Come io feci jeri*.

Velut, *sic*; *Velut*, *ita*.

2 Assumit interdum *Sic*, vel *Ita*. Cic. 1. Tusc. 10. *Velut* in cantu, & fidibus, quæ harmonia dicitur, *sic* ex corporis totius natura, & figura varios motus cieri; *Siccome nel canto, ec.* Colum. l. 3. c. 9. *Velut* Olympionicarum equarum, *ita* feracissimarum aminearum vitium seminibus electis.

Admonitio.

3 In comparatione, itemque in similitudine declaranda, Cic. libentius *Quasi*, aut *Tanquam* dicit, quam *Velut*.

Velut pro *Exempli causa*.

4 *Velut* pro *Exempli causa* Ciceroniarum est. Cic. ad Qu. Fr. l. 3. ep. 1. Multa conjecta sunt aliud alio tempore; *velut* hoc; &c. *Come dir questo*. Id. 2. Fin. 35. Non elogia monumentorum hoc significant; *velut* hoc ad Portam. Id. 2. de Nat. Deor. c. 48. Bestiæ, quæ gignuntur e terra, *velut* crocodilli. *Come dire i cocodrilli*.

Velut si.

5 Cæs. l. 1. de bel. Gal. c. 32. Absentis Ariovisti crudelitatem, *velut si* coram adesset, horrebant Sequani. Liv. l. 29. c. 28. *Velut si* urbem extemplo aggressurus Scipio foret, ita ad arma est conclamatum.

CA-

CAPVT CCI.

De VERO, & VERVM.

Vero in responsionibus.

1 V*Ero* suopte ingenio subjicitur, vel interponitur: in responsionibus tamen, ubi aliquid affirmamus, frequenter præponitur. Cic. in Brut. c. 87. Sed tu orationes nobis veteres explicabis? *Vero*, inquam, Brute. *Certamente*. Id. pro Mur. c. 31. In sententia permaneto. *Vero*.

Minime vero.

2 Vbi aliquid vehementer respondendo negamus, fere conjungitur cum *Minime*. Cic. 3. Off. c. 6. Nonne igitur sapiens? *Minime vero*. *Nulla meno*. *Signor no*.

Vero in principio.

3 *Vero* adhiberi solet initio epistolarum, aut aliarum lucubrationum, in quibus alteri respondemus. Itaque Cicero incipit Paradoxum quartum: Ego *vero* te non stultum &c. Epistolam 23. Fam. l. 16. Tu *vero* confice professionem. Et alia.

Vero Ironice.

4 Eleganter usurpatur in ironica locutione. Virg. 4. Æn. v. 93. Egregiam *vero* laudem, & spolia ampla refertis, *Gran lode per mia fe*.

Vero, post *Sed*.

5 Elegans est hujus particulæ usus post *Sed*, non tamen frequens. Cic. 2. de Leg. cap. 4. *Sed vero* intelligi sic oportet &c. *ma per verità*.

Et vero, *aut vero*.

6 Præclarum habet usum in enumeratio-

tionibus post *&*, vel post *aut*. Cic. pro Mur. c. 22. Is & per se, & per suos, *& vero* etiam per alienos defenditur. Id. l. 1. de orat. c. 17. Siquis esset, aut si etiam unquam fuisset, *aut vero* si esse posset. *Ed anzi. O anzi.*

Vero post *non*.

7 *Vero* post *non* ita rarum est, ut improprium, minimeque latinum Grammatici putent. Habet Cic. de Sen. c. 9. *Non vero* tam isti, quam tu ipse nugator. Frequens est, *Nec vero*.

Verum pro *sed*.

8 *Verum* pro *sed* adhibetur præsertim in sermone abrumpendo, Cic. Fam. 12. ep. 25. *Verum* hæc hactenus.

Verum in responsionibus.

9 *Verum* adhibetur in responsionibus, ubi aliquid affirmare volumus. Terent. Heaut. a. 5. sc. 3. Facies? Ch. *Verum, Signor sì.*

Veruntam n.

10 *Verum* conjungitur libenter cum *tamen*, & aliquando in unam vocem coalescunt. Cic. pro Quint. c. 13. Nævius pecuniam petit: nunc denique? *Veruntamen* petit. *Ma pure*. Id. 4. Ver. c. 41. Mala & improba defensione, *verum* aliqua *tamen* uti videtur.

Verum enimvero.

11 *Verum enimvero* mirifice servit semidoctis ad implendas buccas: sed revera non habet locum, nisi ubi vehementer adversatur. Liv. l. 4. c. 4. Nemo invitum pactionem nuptialem quemquam facere coegisset. *Verum enimvero* lege id prohibe-

hiberi, id demum contumelioſum eſt.

CAPUT CCII.

De Adverbio VIX. *pene.*

1 Vix imminuendi, ac pene negandi vim habet. Cic. 1. de Or. 2. *Vix* paucos proferre poſſumus. Id. 2. Acad. Nos probabilia quidem multa habemus, quæ ſequi facile, affimare *vix* poſſumus.

Vix cum *quin*.

2 *Vix* aliquando poſtulat *quin*, Cic. Fam. 16. ep. 24. Ego *vix* teneor, *quin* accurram. Ter. Eun. act. 5. ſc. 2. *Vix* me contineo, *quin* involem in capillum.

Vix dum.

3 Interdum aſſumit *Dum*. Cic. 1. Cat. 4. Hæc ego omnia, *vix dum* cætu noſtro dimiſſo, comperi. *Non eſſendo ancora appena licenziata la brigata*. Id. l. 12. ep. 4. Cum *vix dum* triginta dies in Syria fuiſſes. *Eſſendo ſtato appena trenta giorni*.

Vix, cum; *Vix dum, cum*.

3 *Vix*, & *vix dum* ſæpe aſſumunt *Cum*. Cicer. 2. de Or. 21. *Vix* annus interceſſerat ab hoc ſermone hortationis meæ, *cum* iſte accuſavit Norbanum. *Appena era paſſato un' anno, che*. Id. At. l. 9. ep. 2. *Vix dum* epiſtolam tuam legeram, *cum* ad me Poſthumius Curtius venit.

Vix cum *Nedum*.

5 Alias adjicitur *Nedum*; nam *vix* continet negationem, quæ præcedere ſolet *Nedum*. Cicer. l. 16. ep. 8. *vix* in ipſis tectis & oppidis frigus infirma valeatudine vi-

ne vitatur; *nedum* in mari, & in via sit facile abesse ab injuria temporis Liv. l. 34. c. 21. *Vix* clamorem eorum, *nedum* impetum Svessetni tulere. *Non che*.

Vix cum *Ne vix quidem*; aut *Nullo modo*.

6 Alias additur *Ne vix quidem*, aut *Nullo modo*, vel aliquid ejusmodi. Cic. l. 9. ep. 8. Mihi vero cum his ipsis *vix*; his autem detractis, *ne vix quidem*. *Con questi appena, senza questi a niun modo*. Id. Att. l. 11. *Vix* possum, aut plane *nullo modo* possum. Id. At. l. 3. ep. 23. Ut *vix*, aut *omnino non* posset abrogari. *Che appena, o più tosto in in niun modo*.

Vix tandem; *Vix*, *sed tamen*.

7 *Vix tandem* diuturnam expectationem declarat. Cicer. l. 3. ep. 9. *Vix tandem* legi litteras dignas Appio Claudio. *Appena una volta pure*.

Vix, *sed tamen* difficultatem rei superatam significat. Cicer. in Pis. 12. Gabinius collegit ipse se *vix sed* collegit *tamen*. *Appena; ma pure finalmente tornò in se stesso*.

CAPUT CCIII.

De præpositionem ULTRA.

1 Ultra contrarium habet *Cis*, vel *Citra*, & significat *Trans*. Cic. At. l. 12. ep. 26. *Ultra* Syllanam villam est, quam puto tibi notam esse. *Di là dalla Villa di Silla*. Id. 4. Tusc. 17. Sed adhibet modum quendam, quem *ultra* progredi

non oporteat. Id. I. Phil. 5. Quis Senatorem umquam tanto damno coegit? aut quid est *ultra* pignus, aut mulctam? Id. l. I. de Div. c. 14. Divinatio conjectura nititur, *ultra* quam progredi non potest. *I cui termini non può passare*. Sallust. Jugur. Contendebāt, Antipodas *ultra* Æthiopiam cultu Persarum, & justos, & egregios agere. *Oltre Etiopia. Di là dall' Etiopia.*

Ultra, quam.

2 Non raro assumit *Quam*. Cic. I. Tusc. 9. *Ultra* enim quo progrediar, *quam* ut verisimilia videam, non habeo. Id. 2. Tusc. 2. Qui sequimur probabilia, nec *ultra* id, *quam* quod verisimile occurrit, progredi possumus. Id. I. de Inv. c. 18. Longum exordium est, quod pluribus verbis, aut sententiis, *ultra quam* satis est, producitur. *Più di quel, che basta, si tira in lungo.*

Ultra, absolute.

3 *Ultra* sæpe absolute ponitur. Cic. de Univ. Si probabiliter dicentur, ne quid *ultra* requiratis. *Non cercate altro.* Id. At. l. 15. ep. I. Est autem oratio scripta elegantissime sententiis, verbis; ut nihil possit *ultra*. *Che non si può far di più*. Alias diceret, *Ut nihil supra*.

Admonitio.

4 *Ultra* dici eleganter solet, quod vulgo *Ulterius* dicunt.

CAPUT CCIV.
De Adverbio ULTRO.

1 ULtro ex contrariis varias significationes accipit. Nam, cum coacto oppo-

opponitur, est *Sponte*; cum petenti, est *Non petenti*. Cic.l.4.ep:13. Nec mihi quicquam in mentem venit optare, quod non *ultro* mihi Cæsar detulerit. *Da se, senza che io aprissi bocca*. Cum opponitur Vocato, declarat, *Non vocatum*. Cic.2. Fin.18. Cum sciret nemo eum rogatum a C.Plotio Equite Rom. splendido Nursino, *ultro* ad mulierem venit. *Senza esser chiamato*. Item illa, *Ultro* polliceri, mittere, & alias ejusmodi.

Ultro pro *Insuper*.

2 *Ultro* interdum significat *Insuper*. Ter. Eun.5. 2. *Ultro* etiam irrisum advenit. *D'avvantaggio*. Virg. Æn. l.9. Viderit irrumpentem, *ultroque* incluserit urbi. Cic. 3. Cat. 12. Est etiam in nobis animus, Quirites, ut non modo nullius audaciæ cedamus, sed etiam omnes improbos *ultro* semper lacessamus.

Ultro citroque; pro *Ultra citraque*.

3 *Ultro citroque* dicta sunt pro *Ultra citraque*. Cic. pro Rosc. Am. c. 22. Postea homines cursare *ultro citroque* non destiterunt. Id. 7. Ver.66. Monumentum sceleris, audaciæque suæ voluit esse in conspectu Italiæ, in vestibulo Siciliæ, in prætervectione omnium, qui *ultro citroque* navigarent. *In su, e in giù*; *Innanzi, e indietro*.

Vltro citroque pro *Mutuo*, & *Inter se*.

4 Interdum *Vltro Citroque* per translationem usurpatur pro *Mutuo*, atque *Inter se*. Cic. 1. Off. 17. Beneficia *ultro citroque* data, & accepta. *Scambievolmente*. Id.

 L6.

l. 6. de Rep. c. 1. Multisque verbis *ultro citroque* habitis, ille nobis consumptus est dies. *Avendo ragionato un pezzo tra di noi*. Id. 2. de nat. Deor. c. 33. Sic naturis iis, ex quibus omnia constant, sursum deorsum, *ultro citroque* commeantibus, mundi partium conjunctio continetur. *Passando l' una in un' altra*.

CAPUT CCV.

De Adverb. Unde, & UNDIQUE.

1 Unde etsi proprie est adverbium loci, interdum tamen & ad personas & ad alias res accomodatur, poniturque eleganter pro *Ex quo*, *Ex qua*, vel *Ex quibus*. Cic. 1. de Or. 15. De ea re multo dicet ornatius, quam ille ipse, *unde* cognorit. *Che quell'istesso, da chi l'ha imparato*. Id. in Brut. c. 92. Eloquentia, *unde* longe absum. Id. 1. de Or. 46. Equidem vobis fontes, *unde* hauriretis, atque itinera ipsa putavi esse demonstranda. Id. pro Syl. c. 26. Verbum *unde* quisquam possit offendi. *Parola, per la quale si potesse offender persona*.

Vnde pro *Quare*.

2 *Vnde* pro *Quare* habet Colum. in præf. l. 6. & barbari Scriptores passim. Qui optima quærit, hoc sibi caveat.

Sicunde,

3 *Sicunde* est *si alicunde*, nimirum *si aliquo ex loco*. Cic. Att. 13, ep. 20. *Sicunde* potes, erues.

Vndique.

4 *Vndique* est *Omni ex parte*. De loco pro-

proprie dicitur. Virg. Æn. 5. Maria *undique*, & *undique* cœlum. Cic. pro Leg. Man. c. 11. Siciliam multis *undique* cinctam periculis explicavit. Id. pro Sext. c. 56. Omnes *undique* flosculos carpam, atque delibem. *D' ogni intorno. Da ogni banda.*

5 Sæpe autem per translationem usurpatur. Cic. 2. de N.D. c. 14. Mundus perfectus *undique* est. Idest *omni ex parte*. Id. 2. Phil. 42. Aut *undique* religionem tolle, aut usquequaq; conserva. *O togli del tutto la religione, o salvarela.*

CAPUT CCVI.

De Pronomine UNUS.

Unus & alter pro *Duo*.

1 UNus *& alter* pro *Duo* usurpatur, vel pro *paucis*. Cic. 4. Ver. 30. Dicit *unus & alter* breviter. *Dicono due brevemente*. Id. pro Cluen. c. 26. *Unus & alter* dies intercesserat, cum, &c. Id. Att. l. 14. ep. 21. Adductus sum tuis *unis & alteris* litteris. *Per due lettere tue.* Horat. in Art. Poet. Purpureus, late qui splendeat, *unus & alter* assuitur Pannus. *Unus aut alter*, pro *Unus aut duo*.

2 Dicimus fere *unus aut alter*, cum volumus *paucissimos* significare. Cic. At. l. 7. ep. 8. Quid enim est tantum in *uno aut altero* die? *In uno o due giorni*. Liv. l. 2. c. 23. *Uno aut altero* arrepto, quieturos alios. *Arrestati alcuni pochi.*

Unus, alter distributive.

3 Cic. l. 2. ep. 17. *Uni* epistolæ respondi. venio ad *alteram*. *Ho risposto ad una lettera*,

 me

ne ne vengo alla seconda. Id. l.2. ep.4. Reliqua sunt epistolarum genera duo; *unum* familiare, & jocosum, *alterum* severum, & grave.

Vnus, alter, tertius.

4 Cum res plures duabus numerantur dicimus *Unus, Alter, Tertius*. Cic. 1. Acad. 5. Fuit ergo jam accepta a Platone philosophandi ratio triplex: *Vna* de vita, & moribus; *altera* de natura, & rebus occultis; *tertia* de differendo. Id pro Cluen. c.64. *Vnum, alterum, tertium* annum Sassia quiescebat. *Vn anno, due, tre*. Id. pro Flac. c. 27. Tria Græcorum genera sunt, quorum *uni* sunt Athenienses, Æoles *alteri*, Dores *tertii* nominantur.

Vnus, alter, plures.

5 Interdum pro *Tertius* reponitur *Plures*, aut aliquid ejusmodi. Cic. 6. Ver. 29. Dies *unus, alter, plures*; non referri. *Passa un giorno, due e più: non si riportava*. Id. 7. Ver. 29. *Vnum, alterum* menses, *prope* annum. *Vn mese, due, quasi un anno.*

Vnus atque idem.

6 Jungitur interdum cum *Idem*. Cic. 2. Div. 47. Exitus quidem omnium *unus & idem* fuit. *Tutti fecero una medesima riuscità*. Id. 7. Ver. 35. *Vna, atque eadem* nox erat, qua Prætor populi Rom. amoris turpissima flamma, & classis populi Rom. prædonum incendio conflagrabat. *Era una medesima notte*. Id. de Univ. Quod *unum* semper, *atque idem* est.

Vnus aliquis, Vnus ullus, Vnus quivis.

7 *Vnus aliquis, Vnus ullus, Vnus quivis* ser-

ſerme extenuandi vim habent. Cic. 10. Phil. c.1. Cur nunquam tam frequens Senatus fuit, quo *unus aliquis* tuam ſententiam ſecutus ſit? *Alcun particolare*. Id. 3. Fin. 19. Utilitati hominum plus, quam *unius alicujus*, aut ſuæ conſulit. *Di alcun particolare*. Id.2. Agr.13. Ratum ſit, quod finitor *uni ulli*, a quo miſſus erit, renunciaverit. Ideſt *uni cuivis*. *Ad uno chiunque ſi ſia*. Id. pro Cæc. c.22. Si tu ſolus, aut *quivis unus* cum ſcuto, &c. ideſt *Quicunque*, *modo ſolus eſſet*.

8 Verum *unus aliquis* interdum pro *quiſpiam* uſurpatur. Cic.2. Off.12. Confugiebant ad *unum aliquem* virtute præſtantem. *A qualche perſona*.

Vnus pro *Solus*.

9 *Vnus* pro *Solus* rarum non eſt. Cic.4. Acad. 2. Panætius *unus* omnino comes fuit. *Panezio ſolo ſolo*. Id.2. Div.42. Panætius, qui *unus* e Stoicis Aſtrologorum prædicta rejecit. *Solo fra gli Stoici*. Id. ad Qu. Fr. l. 1. ep. 1. In tuis ſummis laudibus excipiunt *unam* iracundiam.

Vnus ſolus.

10 *Vnus*, & *ſolus* aliquando conjunguntur ad majorem ſignificationem. Cic. 4. Ver. c. 5. *Vnam ſolam* ſcitote eſſe civitatem Mamertinam. Id. de Ar. Reſ. *Vna ſola* domus. Id. pro Sext. c.62. *Vnus* eſt *ſolus* inventus, qui &c.

Vnus pro *Quidam*.

11 *Vnus* pro *Quidam* non vulgi tantum eſt. Cic. l. 1. de Or. Tanquam *unus* pater familias loquor. Id. Phil. 2. Tanquam

mihi cum Classo, non cum *uno* Gladiatore &c. Id. At. 9. ep. 12. Pompejum tanquam *unus* manipularis secutus sum.

Ad unum.

12 *Ad unum* est *Nullo excepto*. Cic. de Am. c. 23. De amicitia vero omnes *ad unum* idem sentiunt. Liv. l. 3. c. 23. Romanus eos in Algido consecutus, omnes *ad unum* occidit. *Tutti fino ad uno*. Cic. l. 10. ep. 16. Ego eam sententiam dixi, cui assensi sunt *ad unum*. *Senza mancarci pur uno*.

V*nus ex omnibus*, vel *inter omnes*.

13 *Vnus ex omnibus*, vel *inter omnes* magnam vim habet augendi, quia unus confertur cum omnibus. Cic. 3. Cat. 7. Ille erat *unus* timendus *ex omnibus*. *Solo tra tutti*. Id. l. 3. ad Att. ep. 15. *Vnus ex omnibus* amicis efficiam ut maxime lætere. Id. in Or. 29. *Inter omnes* in omni dicendi genere *unus* eminet Demosthenes. Huc pertinet illud Virgilianum Æn. 1. Hanc Juno terris fertur *magis omnibus unam* Posthabita coluisse Samo.

V*nus cum superlativo.*

14 *Vnus* cum superlativo mirifice auget. Intelligitur enim *omnium*. Cic. l. 15. ep. 16. Quamquam quicum loquor? cum *uno fortissimo* viro, qui, &c. *Col più valoroso uomo, che sia*. Id. 1. de Nat. D. c. 2. *Vna excellentissimæ* virtus justitiam tollatur. *La più eccellente virtù di quante sono*. Virg. Æn. 2. *Justissimus unus*, qui fuit in Teucris.

V*nus omnium*; *unus totius*.

15 Interdum additur *Omnium*, aut *Totius*.

tius. Cic. At. l. 12. ep. 4. *Vnum omnium* loquaciſſimum, & minime aptum ad dicendum. *Il maggior ciarlone del mondo*. Id. pro Rab. Poſt. c. 9. Virum *unum totius Greciæ* juſtiſſimum Platonem. *La maggior perſona di tutta la Grecia*.

CAPVT CCVII.

De Adverb. USPIAM, & USQVAM.

1 Uſpiam eſt *Alicubi*, ſeu *Aliquo in loco*. Cic. de Am. c. 23. Si aliquis nos Deus in ſolitudine *uſpiam* collocaret. *In alcun boſco*. Id. 2. Fin. 18. Si ſcires aſpidem occulte latere *uſpiam*. *In qualche luogo*.

2 *Vſquam* eſt *Vllo in loco*. Cic. 4. Ver. 10. Quam crucem non auſus eſt *uſquam* defigere, niſi apud eos, &c. Id. pro Flac. c. 21. Is, cui nullus eſſet *uſquam* conſiſtendi locus. *In luogo alcuno*. Id. pro Mur. c. 13. Prudentia quæ neque extra Romam *uſquam*, neque Romæ quicquam valet. *Ne in luogo alcuno fuor di Roma*. Interdum adhibetur *Gentium*. Teren. Hec. 3. ſc. 1. An quiſquam *uſquam gentium* eſt æque miſer? *Evvi in tutto il mondo?*

Vſquam pro *Alio*.

3 Nonnunquam *Vſquam* eſt *ullum in locum*. Cic. 1. Phil. 1. Nec vero *uſquam* diſcedebam. *Io non mi partiva per alcun luogo*. Plaut. Mil. 3. ſc. 1. Si ea quidem deducta eſt *uſquam gentium*. *In paeſe veruno*.

CA-

CAPVT CCVIII.

De Adverbio VSQVE.

Vsque a, vel *ab*, aut *ex*.

1 USque *a*, vel *Ab* cum amplificatione quadam significat locum, unde. Cic. pro Clu. c. 68. Illam *usque a mari* supero Romã proficisci cum magno comitatu. *Fin dal mare Adriatico*. Id. 1. de N. D. c. 33. *Vsque a Thalete* enumerasti sententias Philosophorum. Id. 1. Div. 1. Vetus opinio est *usque ab heroicis* ducta *temporibus*. *Insino da*. Id. 7. Ver. 60. Qui *usque ex ultima Syria*, atque Ægypto navigarent. Id. Att. 1. ep. 11. Quod eos *usque istinc* exauditos putem. *Insin di costì*.

Vsque ad, *Vsque in*.

2 *Vsque ad* interdum pari amplificatione declarat tempus, vel locum, ad quem. Cic. de Sen. 14. *Vsque ad adolescentiam* meam processit ætate. Id. ibid. c. 11. *Vsque ad extremum spiritum*. *Insin' all' ultimo fiato*. Id. l. 12. ep. 5. A prima ora Græciæ *usque ad Ægyptum*. Teren. Andr. 1. 2. Verberibus cæsum te in pistrinum dedam *usque ad necem*. Cic. 2. de Nat. Deor. c. 61. *In cœlum usque* penetravit.

3 Huc pertinet illud. Cic. pro Quint. c. 3. *Trans Alpes usque* transfertur. *Insin di là dall' Alpi*.

Vsque pro Assidue.

4 Sæpe *usque* assiduitatem, & perseverantiam quandam declarat. Teren. Hecyr. a. 3. sc. 4. Ita *usque* adversa tempestate usi sumus. *Sempre mai*. Cic. l. 12. ep. 19.

Mihi

Mihi quidem *usque* curæ erit, quid agas. Plaut. Casin. a.3. sc.1. *Vsque* adeo domi.

Admonitio.

5 Varios efferendi modos habet hæc particula, cum terminum significat. Dicitur enim *usque Romam*; *Romam usque*: *usque ad Ægyptum*; *Ad Ægyptum usque*: *Ad satietatem*; *usque ad satietatem*; *Ad satietatem usque*; *ad usque satietatem*, &c. De quibus consule Lexicographos.

Vsque adhuc.

6 *Vsque adhuc* est *usque ad hoc tempus*, sed in soluta oratione non frequenter occurrit. Plaut. Aul. a.3. sc. 3. Quod celatum est, atque occultatum *usque adhuc*. Id. Mil. a.2. sc.6. *Vsque adhuc* actum est probe. Adverte diligenter non esse adverbium ordinis, sed temporis.

Vsque dum, *quoad*, *donec*.

7 Sæpe *usque* assumit *Dum*, *Quoad*, *Donec*. Cic. l.12. ep.19. Mihi quidem *usque* curæ erit, quid agas, *dum* quid egeris sciero. *Ne starò continuamente con pena fino a tanto, che*. Id.3. Ver.5. Fateatur se privatum hominem vivos prædonum duces, atque incolumes domi suæ, *usque dum* per me licuerit, tenuisse. Id. in Brut. c. 22. *Vsque* eum, *quoad* nunciatum esset Consules descendisse, omnibus exclusis, commentatum fuisse. Teren. Adelph. a.4. sc.6. Certum est obsidere *usque*, *donec* redierit. *Finchè*.

Vsque eo, *dum*; *usque eo*, *quoad*; *usque eo*, *donec*.

8 *Vsque eo* jungitur cum *Dum*, vel *Quo*-

ad, vel *Donec*. Cic. 4. Acad.7. Multa facimus *usque eo*, *dum* aspectus ipse fidem faciat sui judicii. *Fino a tanto*, *che*. Id.2. de Nat. Deor. c. 49. V*sque eo* premere carum capita mordicus, *dum* illa captum amitterent. Id. pro Dejot. c. 4. V*sque eo* se tenuit, *quoad* a Cn. Pompejo ad eum legati, litteræque venerunt. Id. 3. Ver.6. V*sque eo* timui, *donec* ad rejiciendos judices venimus. Id. 5. Ver. 33. Liciti sunt *usque eo*, *quoad* se efficere posse arbitrarentur. *Offerirono all'incanto fin' al termine*, *che*. Id. 3. Agr.4. Cum *usque eo* vicinos proscriberet, *quoad*.

Vsque ad, *dum*.

9 Cic.2. de N.D. c.51. *Usque ad* eum finem, *dum* possint se ipsa defendere. Plaut. Most. Ego *ad* id *usque* probus fui, *dum* in fabrorum potestate sui.

V*sque eo*, *ut*. V*sque eo*, *ne*.

10 V*sque eo ut*, pro *Adeo ut* eleganter usurpatur. Interdum etiam V*sque eo*, *ne*. Cic.6. Ver.18. Quod ubi iste audivit, *usque eo* est commotus, *ut*, &c. *Tanto forte si commosse*. Id. in Or. 29. V*sque eo* morosi sumus, *ut* nobis non satisfaciat ipse Demosthenes. Id. pro Quin. c.18. Inferiorem se esse patitur, dux taxat *usque eo*, *ne* cum bonis, fama, fortunisque omnibus Sext. Nævii crudelitati dedatur. *Fino a questo termine però*, *che non sia dato in preda ec.*

V*sque eo* absolute pro *Adeo*.

11 Cic. l.1. de Orat. c.52. V*sque eo* illa, quæ dicenda de justitia putabat, a civi-

tatum moribus abhorrebant. Id.4. Verr. Non *uſque eo* improbus eſt.

Vſque adeo, in Epiphonemate.

12 Interdum adhibetur in Epiphonemate. Cic.3. Tuſc.12. Dionyſius quidem Tyrannus, Syracuſis expulſus, Corinthi pueros docebat; *uſque eo* imperio carere non potuit. *In tanto non poteva ſtare ſenza comandare.*

Vſque adeo ut, vel *uti*.

13 *Vſque adeo ut* idem quod *Vſque eo ut*, ſed grandius. Cic. pro Flac. c. 23. *Vſque adeo* orba fuit ab optimatibus illa concio, *ut* princeps principum eſſet Meandrius. *Talmente fu priva.* Id.2. de Inv. c.51. Ipſos quoque tempeſtas vehementius jactare cœpit: *uſque adeo, uti* navis dominus confugeret in ſcapham. *Tanto forte.*

Vſque adeo cum *quoad*, vel *donec*.

14 *Vſque adeo, quoad* idem quod *Vſque eo, quoad*. Cicer. pro Sext. c. 38. Atque hæc ſcitis omnes, *uſque adeo* hominem in periculo fuiſſe, *quoad* ſcitum eſt Sextium vivere. *Per fino a tanto, che ſi ſeppe.*

15 Interdum pro *Quoad* adhibetur *Donec*. Terent. And. a.4. ſc.1. Suadere, orare *uſque eo, donec* perpulit.

Vſque adeo, abſolute.

16 Interdum abſolute ponitur. Virgil. Eclog. 1. *Vſque adeo* turbatur agris. Id. Æn.12. *Vſque adeo ne* mori miſerum eſt?

Vſquequaque.

17 *Vſquequaque*, aut eſt idem fere, quod *Vbique*, aut *Vndique*, & *Omni ex parte*. Cic.7.

Cic. 7. Ver. 5. Nolite *usquequaque* eadem quærere; in metu belli furandi locus quis potest esse? *Per tutto indifferentemente*. Id. 2. Phil. Aut undique religionem tolle, aut *usquequaque* conserva. *In ogni parte*. Id. 5. Fin. 30. An hos *usquequaque* aliter in vita, & non ex maxima parte de tota judicabitis? *In tutto, e per tutto*. Id. l. 7. ep. 16. *Vsquequaque* sapere oportet, id erit telum acerrimum. *Per tutto*. *In ogni affare*.

CAPVT CCIX.

De Conjunctione VT.

Vt cum *Vereor*.

1 *VEreor ut* est *velim*, *sed timeo*. Teren. And. 4. 2. *Vereor*, *ut* hic dies mihi satis sit. *Temo che non mi basti*. Cic. 2. Agr. 22. Hoc quia vos fædus non jusseritis, *veretur* Hiempsal, *ut* satis firmum sit, & rarum. *Ha paura, che non sia*.

Admonitio.

2 Interdum assumit *Non*, idem tamen significat. Cicer. pro Marc. c. 4. *Vereor*, *ut* hoc perinde intelligi auditum *non* possit, atque ipse cogitans sentio. Id. 2. Tusc. 20. Et tamen *veremur*, *ut* hoc natura *non* patiatur. Sed videndum, ne mendum subsit his locis. Certe longe usitatius est *vereor ut*, *vereor ne non*. Itaque a *vereor ut non* abstinendum videtur, præsertim cum res non immerito suspecta sit.

Vt ita, *ut sic*, *ut item*.

3 *Vt* pro *Quemadmodum* plerumque adsciscit *Ita*, vel *Sic*, vel *Item*. Cic. l. 2. ep. 10. *ut* optasti, *ita* est. Id. At. 8. ep. 3. *ut* ma-

maxima de re, æquo animo deliberanti, *ita* des consilium velim. *Come a quello, che*. Id. At. l.10. ep.16. *ut* male posuimus initia, *sic* cætera sequentur. Id.2. de Leg. *ut* vir doctissimus fecit Plato, *item* mihi credo esse faciendum.

Vt postpositum.

4 *Vt* sepæ elegantiæ causa ex primo loco recipit se in secundum, præsertim si cum *vix*, *Nullus*, *Nemo*, *Tantum* copuletur. *Vix ut*, *Nullus ut*, *Nemo ut*, *Tantum ut*. Exempla passim occurrunt.

Vt cum *Neve*, vel *Neu*.

5 *Vt* interdum copulatur cum *Neve*, vel *Neu*. Cic. At. l.13. ep.43. In qua extrema scriptura erat, *ut* ad ludos omnia pararet, *neve* committeret, ut frustra ipse properasset. Cæs.3. B.C. Pompejus suis prædixerat, *ut* Cæsaris impetum exciperent, *neve* se loco moverent. Id. ib. c. 112. 5. 8. Has munitiones auxit, *ut* pro muro objectas haberet, *neu* pugnare invitus cogeretur. Id.2. B.C. Cohortantur, magno sit animo, *neu* dubitet prælium committere. In hoc exemplo omissum est *ut* per ellipsim.

Vt ita dicam.

6 *Vt ita dicam* adhiberi solet ad metaphoras audaciores temperandas. Cic. in Læl. c. 15. Quid stultius, quam amicos non parare, optimam & pulcherrimam vitæ, *ut ita dicam*, supellectilem?

Vt verius dicam.

7 *Vt verius dicam* servit correctioni. Cic. Fam. 2. ep. 6. A te peto, ut subvenias

nias huic meæ solicitudini, vel *ut verius dicam*, propriæ saluti.

Vt pro *Quomodo*.

8 *Vt* sæpe usurpatur pro *Quomodo*, vel *Sicut*. Teren. Phor. 1. 2. Præsertim *ut* nunc sunt mores. *A quel, che s' usa al presente*. Cicer. At. l. 3. ep. 23. *Vt* se initia dederint. *A quel, che mostreranno i principj*.

Vt nunc est, *Vt nunc habet*, *Vt nunc fit*.

9 Huc pertinent illa, *Vt nunc est*, *Vt nunc habet*, *Vt nunc fit*. Cic. At. 15. ep. 5. Mihi quidem deliberatum est, *ut nunc est*, abesse ex ea urbe. *A quel che passa al presente*. Id. Att. 12. ep. 7. Quæ si manebunt, quærenda est excusatio ad Brutum; & , *ut nunc est*, mansuræ videntur. Id. 2. de Leg. Hanc vides villam, *ut nunc* quidem *est*, lautius ædificatam. Id. At. l. 2. ep. 11. Ille, *ut nunc se habet*, in admirabili gloria est. *Per lo stato, in che ora si trova*. Id. l. 9. ep. 16. Non, ut olim solebat, Atellanum, sed, *ut nunc fit*, mimum introduxisti. *A quel, che s'usa al presente*.

Vt pro *Si spectes*.

10 *Vt* sæpe in comparatione usurpatur pro *Si spectes*. Cic. in Brut. c. 10. Themistocles, *ut* apud nos, per antiquus, *ut* apud Athenienses, non ita sane vetus. *Secondo i tempi nostri. A paragone. In comparazione*. Id. ibid. *Vt* populi Rom. ætas est, senes *ut* Atheniensium sæcula numerantur, adolescentes debent videri. Id. de Sen. 4. Multæ etiam, *ut* in homine Romano, litteræ. *Per uno Romano*. Id. in

Brut.

Brut. c.28. erat cum litteris Latinis, tum Græcis, *ut* temporibus illis, eruditus. *Atteso quei tempi.*

Vt opinor.

11 *Vt opinor* adhibetur in dubitationibus. Cic. in Brut. c. 15. Est igitur sic apud illum in nono, *ut opinor*, annali &c. *Come mi pare.*

Ut ajunt, *Ut dicitur.*

12 V*t ajunt*, V*t dicitur*, formulæ sunt proverbiis inservientes. Cic. in Læl. c.5. Agamus ergo pingui Minerva, *ut ajunt*. *Come suol dirsi*. Id. ad Brut. ep. 9. Tibi nunc populo, & scenæ *ut dicitur*, serviendum est.

Vt dico.

13 *Vt dico* adhiberi solet in repetitionibus. Cic.4. Ver. c.14. Hi, *ut dico*, hominem admonent. *Come dico.*

Vt fit.

14 Dicimus *ut fit*, quoties rem communem, & in more positam significamus. Cic. pro Rosc. Am.c.8. Qui in sua re fuisset egentissimus, erat, *ut fit*, insolens in aliena. *Come accade ordinariamente.*

Vt in malis.

15 *Vt in malis*, itidem est, pro *Si spectes mala*. Cicer. l.12. ep.2. Nonnihil, *ut in tantis malis*, est profectum. *Atteso i guai, s' è fatto qualche cosa*. Id. ad Qu. Fr. l.1. ep.1. Summa lenitas, *ut in malis*, acerbitati anteponenda est.

Vt pro *Vtpote qui.*

16 *Ut* eleganter usurpatur pro *Vtpote qui*. Cicer. in Pis. 25. Dices enim, *ut es* homo

homo facetus. *Come quegli, che sei*. Id. pro Mur. c. 25. Ille (*ut* fuit semper apertissimus) non se purgavit, sed indicavit. Id. pro Rosc. Am. c.12. Homo, *ut* erat furiosus, respondet. *Come pazzo ch'egli era*. Id. 1. Ver. 9. Illi quidem (*ut* est hominum genus nimis acutum, & suspiciosum) arbitrabantur, &c. *Per esser una sorta di persone*.

Vt admirantis.

17 *Vt* pro *Quomodo* sæpe admirationi servit. Cicer. pro Mil. 24. *ut* contempsit, ac pro nihilo putavit! Id. 5. Fin. 22. *ut* illi efferuntur lætitia, cum vicerint! *ut* pudet victos! *ut* se accusari nolunt! Id. At. l. 7. ep. 19. Cn. autem noster (o rem miseram, & incredibilem) *ut* totus jacet! Plaut. Capt. 1.2. *ut* sæpe summa ingenia in occulto latent! Id. Stich. 3. 2. *ut* ego te nunc conspicio lubens! *ut* præ lætitia lacrimæ prosiliunt mihi! *Oh come!* Virg. Eclog. 8. *ut* vidi! *ut* perii! *ut* me malus abstulit error!

Vt interrogantis, pro *Quomodo*.

18 Interdum est interrogantis, pro *Quomodo*. Hor. *ut* valet, *ut* meminit nostri?

Vt concedentis, pro *Quamvis*.

19 Sæpe etiam inservit concessioni, & accipitur pro *Quamvis*. Cicer. 5. Ver. 45. *ut* illud non cogitares; tamen &c. *Postochè*. Id. Fam. 10. ep.2. Quæ nihilominus, *ut* ego absim, confici possunt. Id. 1. Tusc. c. 21. *ut* enim rationem Plato nullam afferret (vide, quid hominem tribuam) ipsa auctoritate me frangeret.

Vt

Vt cum *Tamen*, vel *Certe*.

20 Vt in concessione assumere solet *Tamen*, vel *Certe*. Cicer. 5. Ver. 64. Verum, *ut* ita sit, *tamen*, &c. Id. Att. l. 2. ep. 15. Verum, *ut* hoc non sit, *tamen* servet rempub. *Ancorchè questo non sia così, nondimeno*. Id. 12. Phil. 3. Quod si pacis, hoc est timoris nostri nomen audierit, *ut* non referat pedem, insistet *certe*. *Possocbè non si ritiri, almeno si fermerà*. Id. 10. Phil. 2. Vt superiora omittam; hoc *certe*, quod mihi maximam admirationem movet, non tacebo.

Non ut, *Sed*; *Sed ut*; *Sed quasi*.

21 *Non ut* assumit interdum *Sed*, vel *Sed ut*, alias *Sed quasi*. Cic. ad Qu. Fr. l. 1. ep. 1. *Non ut* te instituerem, scripsi, *sed* me in scribendo commemoratio tuæ virtutis delectavit. *Non per ammaestrarti, ma*. Id. de opt. g. or. Orationes converti *non ut* interpres, *sed ut* orator. Id. 1. de Or. c. 24. *Non ut* quidam dicendi magister & artifex, *sed quasi* unus e togatorum numero videar.

Vt *ne* pro *Ne*.

22 Vt passim causæ vim habet, & finem significat, cui opponitur *Ne*; verum sæpe *ut ne* usurpatur Pro *Ne*. Cic. pro Mil. Opera datur, *ut* judicia *ne* fiant. Id. post red. in Sen. 5. *ut* lex Ælia, & Fusia *ne* valerent. Id. pro Cæcin. *ut ne* longius abeam, *Per non andar molto lontano*.

Vt *non* pro *quin*.

23 Interdum *ut non* adhibetur pro *Quin*. Cic. pro Balb. c. 20. Potest igitur Judi-

Judices L. Cornelius condemnari, *ut non* C. Marii factum condemnetur? *Che insieme non si condanni*. Id. pro Leg. Man. c. 7. Ruere illa non possunt, *ut* hæc *non* eodem labefactata motu concidant.

Vt, ut ne.

24 *Vt* interdum copulatur cum *Vt ne*. Cic. 1. de Or. c. 29. *Vt* iis, quæ habeant, modice, & scienter utantur, & *ut ne* dedeceat. *Ed in modo, che non vi si disdica.*

Non ut, sed ut ne.

25 Cic. l. 2. ep. 7. Petivi sæpe per litteras, *non ut* decernatur aliquid novi, *sed ut ne* quid novi decernatur. *Non che, ecma che non si determini.*

Non ut ne, ut ne.

26 Cic. 4. Ver. 60. Postulant enim *non ut ne* cogantur statuere: quid igitur? *ut* ipsis *ne* liceat. *Non che non sieno costretti, ecma che non sia loro lecito.*

Vt ut pro *Vtcunque.*

27 *Vt ut* idem est quod *Vtcunque*. Cic. l. 6. ep. 16. Sed *ut ut* est, indulge valetudini. *Ma comunque si sia.*

Vt ut cum *Tamen*, vel *Certe.*

28 Interdum assumit *Tamen*, vel *Certe*. Ter. Phorm. 3. 2. *Vt ut* hæc sunt, *tamen* hoc faciam. *Comunque stiano queste cose.* Id. ibid. a. 3. sc. 1. Nam, *ut ut* erant a ia, illi *certe* consuleres, quæ nunc tuæ est domi.

Vt pro *postquam.*

29 *Vt* sæpe usurpatur post *Postquam*. Cic. 3. Ver. 6. Romam *ut* ex Sicilia redii. Id. At. l. 7. ep. 15. *Vt* ab urbe discessi, nullum prætermisi diem, quin aliquid ad te lit-

te litterarum darem. *Com' io mi partii, Dapoi, ch' io*. Id. in Brut. c.13. Vt semel Piræo exivit, omnes peragravit insulas. *Poichè una volta*. Id. ibid. c. 5. *Ut* libros edidisti, nihil a te sane postea accepimus. *Dallora in quà*.

Vt pro *ita ut*.

30 Cic. Fam.6. ep.2. Rarius ad te scribo, quod absim ab urbe, *ut* qui ad te proficantur, scire non possim. *Così che, In guisa che*.

Ut pro *utinam*.

31 *Ut* pro *utinam* usurpatur præsertim apud Comicos in execrando. Ter. Eun. *Ut* illum Dii Deæque perdant.

Ut cum *Statim*, *Confestim*.

32 Interdum assumit *Statim*, *Confestim*, aut aliquid ejusmodi. Cic. At. l. 22. ep. 1. Philippus, *ut* heri me salutavit, *statim* Romam profectus est. *Subito che mi ebbe salutato, se n' andò a Roma*. Id. pro Cluen. c.19. *Ut* quidque ego apprehenderam *statim* accusator extorquebat e manibus. Liv. l. 1. c. 12. *Ut* Hostilius cecidit, *confestim* Romana inclinavit acies. Cic. pro Cluen. c. 13. Qui *ut* se blanditiis, & assentationibus in Asinii consuetudinem penitus immersit, Oppianicus *continuo* sperare cœpit.

Ut primum cum *Statim*.

Ἐπειδὰν, τάχιστα.

33 *Ut primum* significantius est, quam *ut*; declarat enim *Simul ac*. Assumit autem *Statim*, vel aliquid simile. Cicer. l. 5. ep. 2. Illud dico, me, *ut primum* in concione

cione provinciam depoſuerim, *ſtatim* quemadmodum tibi traderem, cogitare cœpiſſe. Id. pro Cluen. c. 24. V*t primum* Oppianicus cœpit ſibi ſuſpicari, *ſtatim* ſe ad hominis egentis familiaritatem applicavit. *Subito, che; Toſto, che.* Liv. l. 34. c. 19. *ut primum* arma ex propinquo cognita errorem aperuerunt, tantus *repente* pavor, &c.

Vt maxime.

34 V*t maxime* fere eſt *Et ſi maxime*. Cic. 4. Acad. c. 5. Quam *ut maxime* inveneris, non tu &c.

Interdum eſt *Ad ſummum*. Col. de arb. c. 7. Diverſæ autem, quæ ſupra terram extare debent, ne paſſus fueris plus quam duas aut, *ut maxime* tres gemmas habere. *O al più tre.*

V*t cum maxime.*

35 V*t cum maxime* confert tempora inter ſe. Cic. ad Qu. Fr. l. 2. ep. 6. Domus celebratur *ut cum maxime*. *Più che mai.*

V*t quiſque.*

36 V*t quiſque* occaſionem rei quodammodo declarat interdum. Cic. At. 1. ep. 18. Mihi quidem non eſt notum, *ut quiſque* in Epirum proficiſcatur. *Come, e quando alcuno parta per l'Epiro.* Id. 2. Ver. 7. Immo vero, *ut quiſque* me viderat, narrabat. Id. Att. l. 15. ep. 8. Miſi Tironem, & cum Tirone plures, quibus ſingulis, *ut quidque* accidiſſet, dares litteras. *In ciaſcuna occorrenza.* Id. 7. Ver. 55. V*t quiſque* iſtius animum offenderat, in latomias ſtatim conjiciebatur.

Vt quisque cum duobus superlativis. Lege *Quisque* cap.3. num.1.

Vti pro *ut*, cum *Ita*, vel *Sic*.

37 *Vti* pro *ut* sæpe jungitur cum *Ita*, vel *Sic*. Salluſt. Jugur. Quorum *uti* cujusque ingenium erat *ita* rem difficilem, aut facilem renunciarunt. *Ciascuno de' quali secondo la sua natura riferì la cosa difficile, o facile*. Id. Conjur. Cætera, *uti* facto opus sit, *ita* agant. Cic. At. l. 8. ep. 1. Sed *uti* in urbe retinenda nunc, *sic* tunc in Italia non reliquenda. Salluſt. Jugur. c.2. *uti* initium, *sic* finis eſt.

Vtcumque.

38 *Vtcumque* eſt *Quomodocumque*. Cic. 1. Off 37. Sed, *utcumque* aderunt res. *Comunque*. Id. in Or. 17. *utcunque* ſe affectum videri, & animum audientis moveri volet; *ita* certum vocis admovebit ſonum. *In qualunque modo*. Liv. Præf. l. 1. *utcumque* erit, juvabit tamen &c.

CAPVT CCX.
De Pronominibus VTER, & VTERQVE.

1 Vter de duobus disjunctim dicitur. Cicer. pro Rab. c. 4. Quamobrem *uter* tandem noſtrum, Labiene, popularis eſt? tu ne, an ego? *Qual di noi due?* Id. Partit. 36. *uter* fortius pugnabit, is vincat neceſſe eſt. Id 5. Ver. 14. Si *uter* volet, edicit ſe recuperatores daturum. *Se uno de' due*. Id. in Orat. Reperiam, qui dicat, aut ſcribat, *utra* volet lingua. *In qual si voglia delle due lingue. Nell' una, o nell' altra lingua*.

Uter iteratum

2 *Uter* interdum iteratur. Cic. 1. Off. 12. Cum Celtiberis, cum Cimbris bellum gerebatur, *uter* esset, non *uter* imperaret. Id. 2. de Inv. c. 49. *Utra* lex jubeat aliquid, *utra* permittat. Id. pro Mil. 9. Reliquum est, Judices, ut nihil jam aliud quærere debeatis, nisi *uter utri* insidias fecerit. *Chi di lor due abbia posto insidie all' altro.* Cæs. 5. B. G. 44. Vt neque dijudicari posset, *uter utri* virtute anteferendus videretur. *Che non si potea discernere, qual di loro due paresse da anteporsi all' altro.*

Uter cum *ne*, & *an*.

3 *Uter* per omnes casus effertur cum *ne*, & *an*. Cic. pro Clu. c. 28. *Vter* facilius suæ sententiæ rationem redderet, is *ne* qui &c., *an* ille qui &c.

Uter cum *Altero*.

4 Alias cum *Altero* copulatur. Cicer. pro Sext. c. 42. Horum *utro* uti nolimus, *altero* est utendum. *Non volendo servirci d' uno de' due, convien servirci dell' altro.*

Uter cum *Uterque*.

5 Alias cum *Uterque*. Cic. ad Qu. Fr. l. 2. ep. 12. Sed *utros* ejus habueris libros (duo enim sunt corpora) an *utrosque*, nescio.

Utrum cum *An*, vel *An vero*, vel *Ne*.

6 *Utrum* cum *An*, vel *An vero*, vel *Ne* sæpe dicitur. Cic. l. 1. ep. 7. Multum enim interest, *utrum* laus imminuatur, *an* salus deseratur. Id. l. 7. ep. 13. *Utrum* te superbiorem pecunia facit, *an* quod te Imperator consulit? Id. At. l. 12. ep. 50.

Id autem *utrum* illi sentiant, *an vero* simulent, tu intelliges. Nep. in Iphicr. c.3. Is cum interrogaretur, *utrum* pluris patrem, matrem *ne* faceret; matrem, inquit.

Utrum, de pluribus.

7 *Utrum* interdum de pluribus dicitur. Cic. 3. Ver. *Utrum* admonitus, *an* tentatus, *an* (qua est iste sagacitate in his rebus) sine duce ullo, sine indice pervenerit ad hanc improbitatem, nescio. Id. 4. Ver. *Utrum* hoc signum improbitatis tuæ *an* trophæum necessitudinis, atque hospitii, *an* amoris indicium esse voluisti?

Utrum pro *Utrumvis*.

8 Interdum *Utrum* pro *Utrumvis* usurpatur. Cic. 2. Div. c. 56. *Utrum* igitur eorum accidisset, verum oraculum fuisset. *O l'una, o l'altra delle due cose fosse avvenuta.*

Utrum, nec ne, an non, an ne.

9 Nonnunquam *Utrum* cum *Nec ne*, vel *An non*, vel *An ne* copulatur. Cic. Fam. l. 2. ep. 7. Nec aliud decernitur hoc bello, nisi *utrum* simus, *necne*. Id. Ver. 7. c. 75. Quid interest, *utrum* hoc feceris, *an* frumentum *non* improbaris? Cæs. 1. B. G. 5. 4. *Utrum* prælium committi ex usu esset, *nec ne*. Plaut. Most. 3. 1. Videndum est primum, *utrum* eæ velint, *an non* velint. Cic. in Or. c. 61. Quærendum, *utrum* una species sit earum, *an ne* plures.

Utrum, suppressum.

10 *Utrum* sæpe supprimitur. Cic. At. 2. ep. 16. Potuerit intercedi, *necne*. Id. At. 12. ep. 15. Velim scire, quando dicar spopondisse, & pro patre, *an ne* pro filio?

Id. 5. Ver. Erravit, *an* potius insanivit Apronius? Id. ad Qu. Fr. l. 3. ep. 8. Velit, nolit, scire difficile est. *E' difficile cosa sapere, se vuole, o se non vuole.*

Utrumne, an.

11 Cic. pro Quint. c. 30. *Utrumne* possit se defendere, *an* addicatur &c.

Uterque.

12 *Uterque* de duobus conjunctim dicitur. Cic. de Arusp. resp. Horum *uterque* cecidit. victus. *L'un l'altro di costoro.* Id. ad Qu. Fr. l. 2. ep. 4. Domus *utriusque* nostrum ædificatur strenue. *La casa d'ambidue noi.* Idem 2. Off. 6. Magna est vis fortunæ in *utramque* partem, vel ad secundas res, vel ad adversas. Id. pro Mil. c. 23. Magna vis est conscientiæ in *utramque* partem.

Uterque cum *Alter.*

13 Cic. 2. Off. 1. Quorum *uterque* suo studio delectatus, contempsit *alterum*.

Uterque cum *Neuter.*

14 Cic. pro Quin. c. 8. Ut *uterque* inter se, aut *neuter* satisdaret.

Uterque, iteratum.

15 Cæs. 7. B. G. 35. 1. Cum *uterque utrique* exercitui esset in conspectu. Ter. Phorm. 5. 3. *Uterque utrique* est cordi. *L'uno all' altro.* Id. Heaut. 2. 4. Hoc beneficio *utrique* ab *utrisque* devinciemini.

Utervis, *Utercumque*, *Uterlibet*.

16 *Utervis*, *Utercumque*, *Uterlibet* voce discrepant, usu eandem vim habent; nisi quod *Utervis* multo est usitatius. Cic. de Sen. 10. At minus habeo virium, quam ve-

vestrum *utervis*. *Che qualsivoglia di voi due*. Id. pro Rosc. Am. c. 30 Quod certum est non facere, dum *utrumvis* licebit. *Mentre sarà in potestà mia di far o l'uno, o l'altro*. Id. ibid. c. 1. *Utrumvis* salvo officio facere se posse arbitrarentur. Id. l. 6. ep. 4. Magnæ utrinque copiæ ita paratæ ad pugnandum esse dicuntur, ut *utercumque* vicerit, non sit mirum futurum. Id. pro Quin. c. 26. *Utrumlibet* elige; alterum incredibile est; alterum nefarium.

CAPUT CCXI.

De Adverbio UTINAM.

Utinam cum *Certe*, *Profecto*, *Quidem*, *Utique*, *Næ*.

UTinam præter vulgatum usum, copulari solet cum *Certe*, *Profecto*, *Quidem*, *Utique*. Nam quia quod optatur incertum est, subjicitur aliquid certum. Cic. l. 15. ep. 1. *Utinam* saluti nostræ consulere possemus; dignitati *certe* consulemus. *Se non altro, provvederemo almeno alla riputazione*. Sall. Jug. Atque hoc *utinam* a principio tibi placuisset, *profecto*, &c. Cicer. l. 14. ep. 1. *Utinam* ea res ei voluptati sit, gloriæ *quidem* video fore. Id. l. 13. ep. 22. *Utinam* tu quoque eodem die: sin quid, *utique* postridie. Id. Att. l. 8. ep. 9. *Utinam* aliquid profectum esset, *næ* ego istas litteras, &c.

Utinam ne. *Utinam non*.

2 *Utinam* modo conjungitur cum *ne*, modo cum *non*. Cic. Fam. 5. ep. 17. Illud *utinam ne* vere scriberem. Idem Att. 11. ep. 9. Hæc ad te die natali meo scripsi, quo *utinam* susceptus non essem, aut *ne* quid ex eadem matre postea natum esset.

CAPUT CCXII.

De Adverbio VTIQVE.

1 Utique est *Omnino*, vel *Certe*. Cic. At. 6. ep. 2. *Vtique* ad me tabellarios mittas. Id. Att. 13. ep. 13. Illud vero *utique* scire cupio. *In ogni modo*. Idem Att. 13. ep. 22. Eodem die, *utique* postridie. *Il giorno seguente senz' altro*. *Senza fallo*. Id. Att. 12. ep. 9. Nam & Pyliæ satisfaciendum est, & *utique* Atticæ, Idem Att. 13. ep. 47. Velim M. Varronis, & Lolii mittas laudationem, Lolii *utique*. Id. Att. l. 13. ep. 4. Velim, ante possis; sin minus, *utique* simul, cum &c. *Se no, almeno insieme*.

FINIS.

INDEX
GRÆCARUM
VOCUM.

Prior numerus capita, posterior indicat observationes.

INDEX OBSERVATIONUM.

Prior numerus capita; alter ipsarum observationum indicat numerum.

A

Ab

Alius.

tioni

De-

dum

Etiam

In-

Lon-

Mul-

Mo-

per, ad personam relatum. ib. 1. per concedentis. ib. 10. per ad tempus relatum. ib. 3. per ætatem pro Ob ætatem. ib.7. per idem tempus. *Nell' istesso tempo*.ib.3. per litteras, idem est, quod Litteris, *Con lettere, per lettere*. ib.6. per obsecrantis. ib.9. per pro propter.ib 8. per causam. *Con causa. Con pretesto*. ib.5. per potestatem. *Di potenza assoluta*.ib.4. per se, sæpe est Sine alterius ope. ib. 2. per se ipsi. 83.1. per simulationem. *Con finzione*. 129. 5. per simulationem, Per speciem, Per causam, idem fere significant. *Sotto pretesto, ec*. ib. 5. per speciem. *Con pretesto*. ib. 5. per valetudinem. ib.11.

Perinde ac pro Perinde ac si. 130. 2. perinde pro Valde. Perinde quam. Perinde quamsi. Perinde tanquam. Perinde prout. ib.6. perinde pro, Æque, vel Ita. *Tanto, così ec*. ib. 1. perinde ac, ac si, atque ut. ib.1. perinde quasi, est Perinde ac si. ib.4. perinde quasi,per ironiam. ib. 5. *Come se*. Perinde ut, pro Prout. ib, 3.

Plane pro Clare, & Aperte. 132.1. plane pro Certe, vel Sane.ib.2. *Per certo*. plane pro Omnino. *In ogni modo*. ib. 3.

Plus magis accedit ad nomen, quam Magis. 133.1. plus non temere pro Magis usurpandum. ib.1 plus æquo. *Più del dovere*. ib.1. plus, pro Amplius. ib. 2. plus quam, Plus quam quanto. ib. 3. plus satis, plus millies. ib.3.

Plusculum. ib.6.

qua-

S

ultra,

Ultra, absolute. ib.3. ultra quam. ib. 2.
Ultro eleganter, quod vulgo, ulterius. ib. 4. ultro citroque pro Mutuo, & Inter se. 204. 4. ultro, pro Insuper. ib.2. ultro Citroque, pro ultra citraque. ib.3. ultro polliceri, mittere, &c. ib. 1. ultro quid sit. ib.
Unde, indidem. 78.5. unde, pro Ex quo, Ex qua, Ex quibus. 205. 1. unde ad personas, & ad alia accommodatur. 204.1. unde pro Quare. 205.2. undique de loco proprie. ibid. 4. undique, per translationem omni ex parte. ib. 5.
Unus e multis, vel ex multis, e plebe, ex omnibus. 59. 6. unus, aut alter, pro unus, aut duo. 206. 2. unus aliquis, pro Quispiam. ib. 8. unus, alter, plures. ib.5. unus, & alter, pro Duo, vel pro Paucis. ib.1. unus ex omnibus, vel Inter omnes. ib.13. unus aliquis, unus ullus, unus quivis. ib.7. unus pro Solus. ib.9. unus, alter, tertius. ib.4. unus, alter, distributive. ib. 3. unus atque atque idem. ib.6. unus cum superlativo. ib. 14. unus omnium, unus totus. ib.15. unus de multis, unus de populo, unus de septem. 42.4. unus solus. 206. 10. unus pro Quidam. 216. 11.
Uspiam alicubi. 207. 1.
Usquam gentium. ib. 2.
Usque adeo ut, vel uti. 208. 13. usque adeo, in epiphonemate. ib.12. usque a, vel ab, quid significet. ib.1. usque ad, usque in. ib.2. usque ad Pridie, vel postridie. 142.7. usque adeo, absolute. 208. 16.

uter-

INDEX

Italicarum vocum, & obſervationum.

Prior numerus Capita; alter Capitum obſervationes demonſtrat.

A

Ut

co-

con

da

d'ogni

T E.

E

in

men-

Nè

non

O

ogni

Orsù

per

Per

per

per

più

 egre-

solo

su-

tan-

Te-

Tu

V

FINIS.